4.21

PHILO
SOPHIA

TOI

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1044

BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1044

192.2.6





ARISTOTE Prince des Peripateticiens et 1.er de tous les Philosophes eut pour pere Nicomac.q medecin, il fut precept.r d'Alexand.r le Grand qui luy porta vne si grande affection qu'a sa seule consideratiō il retablits a patrie qu'il auoit ruiné il mourut agé de 68. ans ayant ecrit plus de 300 to.

chez la Veuue Van merle a la Ville d'anuers

M. S. J. III, 16.



Ar̄lis phia
é D. domino
Vittasse
baccalaureo Sorbon.
tradita
Et á petro le Roy
Excepta
in monte
acuto.

16. 87.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Bibliotheca Augustana

collegium Laudunæum

Commentarius

In

Vniuersam

Aristotelis

Philosophiam.

Datus in monte acuto

a Domino D.

Carolo Vuitasse

Anno Dni 1689.

Commentarius in Universam artis philosophiam Praefatio



Cum in rebus pertractandis agendi ratio optima, ea sit quae sic brevitatem quaerit, ut nihil detrahat perspicuitati utrumque facilius praestari posse existimamus, si de re quaelibet ita disputemus; ut eam omnem quinque capitibus complectamur.

Primo igitur quaeremus de omni re; an sit. ubi de eius nomine, possibilitate, et existentia agitur.

Secundo, quid res sit. ubi de eius natura, seu definitione.

Tertio, cur sit. ubi de eius principiis, et causis.

Quarto, qualis sit. ubi de eius proprietatibus et operationibus.

Quinto denique, quotuplex sit. ubi de eius divisione, partibus, speciebus: adeoque nihil circa rem aliquam in quaestionem veniat, quod ad unum ex his capitibus revocari commode non possit.

Caeterum universum hunc commentarium sic instituimus, ut necessitatis, non delectationis, doctrinae, non dignitatis, rationem atque ordinem secuti, philosophiam practicam speculativae praemittamus. Jo igitur Logicam exponemus, quae viam demonstret nobis, qua ad veritatem in caeterarum disciplinarum investigatione perveniamus. tum proponetur Ethica, qua ut optimos christianos decet, boni prius efficiamur, quam docti. deinde vero ad philosophiam speculativam nos convertemus; philicamque postponemus metaphysicae, quae cum nobilior sit, et universalissima cognitionis principia contineat, jam locum

inter philosophiae partes speculativas tenet, Deniq; rem totam Diligentissimae arcanorum indagatione quod praestabit phisica Deo dante feliciter absolvemus. — — — — —

Sed priusquam philosophiae arcana penetremus, proemij loco dicemus aliquid de philosophiâ gnatim sumpta

Quaestio proemialis De philosophiâ gnatim sumptâ. —

Artus jus an sit. —

Duo sunt philosophiae nomina in scholis frequentata, scilicet philosophia, et sapientia. nam quod sit virtutis indagatrix, vitiorum expultrix, legum inventrix, similitudo hominis cum Deo, animi medicina, et mortis meditatio, haec et similia praetermittimus. —

Philosophia est nomen derivatum ἀπὸ τῆς φιλίας τῆς σοφίας, hoc est ab amore sapientiae; quia philosophia nostra est potius amor et studium sapientiae, quam ipsa sapientia; maxima pars humanae sapientiae est sapere velle. —

Nomis huius auctor fertur esse pitagoras, qui arcuncio quoda tyranno interrogatus huius potissimum artis professione gloriaretur quanquam mortalium omnium sapientissimus foret

Polo philosophi, hoc est sapientiae studiosi nomen contentus, sapientis nomen modeste recusavit, cuius eo dignior fuit, quo in recusando modestior. —

Sapientia est nomen derivatum a verbo latino sapere, quod significat jucunde gustare, percipere sapores. Sicut enim gustus sapiendo voluptatem capit et mediocrem; sic philosophia veritatem sapiendo, id est contemplando, incredibilem parit delectationem.

Sapientia porro multipliciter accipi potest; sed hic sumitur pro cognitione certa et evidenti rerum naturalium per causas, quo sensu sapientia idem est ac philosophia. —

An detur aliqua philosophia, hoc est cognitio aliqua vera certa ac evidens rerum naturalium per causas, fuit olim apud veteres philosophos, et est modo apud nos per celebris quaestio: atque in ea re acerrime decertabant inter se philosophorum sectae plures, nempe dogmaticorum, secticorum, acatalepticorum. —

Dogmatici veritatem ipsam tenere se in multis constanter asseverabant: quos inter extitere, qui nimis arrogantes, dere nulla dubitare se profiterentur. —

Pectici contra a nemine unquam inventam esse veritatem contendebant, sed inveniri posse et diffidebantur. —

Acatalepticj sentiebant veritatem inveniri nullatenus posse. —

Prima Concluo.

Possibilis est hoi philosophia. —

Probatur; illud est naturaliter possibile: ad quod insitus est speci perfectae naturalis et efficax appetitus. appetitus enim naturalis et efficax ab authore naturae sapientissimo, optimo, et potentissimo dirigitur; ideoque frustraneus esse et potest. atqui

4 Speci perfectae nempe hoi, insitus e ad phiam naalis et efficax appetitus: cujlibet enim rei insitus e naalis et efficax appetitus ad ppriam et connaalem perfectionem. atqui phia e ppria et connaalis perfectio hois, ut hoo e. Cognio enim veritatis e ppria et connaalis perfectio agentis raoalis ut raoale e: sed phia e cognio veritatis: hoo ut hoo, e agens raoale, ut raoale. Ergo hoi ad pphiam insitus e appetitus naalis et efficax: proindeq; hoi naaliter possibilis e phia. —

Et certe illud e hoi naaliter possibile, sine quo o posset vitam beatam agere: hoo enim naaliter potest ee beatus. atqui sine phia o potest vitam beatam agere. Vita enim beata contemplaoe veritatis, et actioe virtutis continetur. — atqui sine phia ~~spec~~ speculativa nequit haberi contemplao veritatis, nec sine practica actio virtutis exerceri. Ergo phia hoi naaliter possibilis e. —

Obiicies primo: idcirco phia naaliter foret possibilis, quia datur ad eam naalis et efficax appetitus. — atqui ad rem naaliter impossibilem datur naalis et efficax appetitus: ut in pueris et amentibus, ad phiam; in aa raoali separata ad unioem cum corpore. Ergo ex naali et efficaci appetitu, quem hoo habet ad filosophiam, o sequitur eam ee naaliter possibilem. —

Distinguo minorem propositioem datur naalis et efficax appetitus ad rem impossibilem per accidens; concedo: impossibilem per se nego. datur quidem appetitus naalis ad rem impossibilem per accidens, ide propter obicem per accidens, occurrentem, v.g. in pueris et amentibus

ad phiam impossibilem propter pueritiam et amentiam: Et in aa rationali separata ad unionem impossibilem propter decretum dei sic statuentis; atuero o datur naalis et efficax appetitus ad rem impossibilem per se, id e ex naa sua et intrinsecis principiis. quamobrem appetitus naalis et efficax potest esse frustraneus per accidens, o per se: Dirigitur enim ab agente sapientissimo ut cognoscat, optimo ut velit, et potentissimo ut exequatur: ideoq; phia per se hoj naaliter possibilis e.

Instabis 1o: phia perfecta hoj impossibilis e per se. hominum enim nullus perfectam phiam e consecutus. atqui datur appetitus naalis et efficax ad phiam perfectam; naa enim tendit ad optimum et perfectissimum. Ergo datur naalis et efficax appetitus ad rem impossibilem per se.

Distinguo majorem: phia perfecta hoj impossibilis e per se, spectata quoadmodum concedo: quoad substaam nego. Equidem philosophia perfecta spectata quoadmodum, id e quoad suam integritatem et accidentalem perfectionem, naaliter impossibilis e, et quidem per se; atuero phia perfecta spectata quoad substantiam, id e naam et essentiam o e impossibilis per se; phia enim quoad suam substantiam e cognio certa et evidens rerum naalium per caas: plures autem sunt consecuti eiusmodi cognionem. quamobrem appetitus naalis et efficax nunquam frustraneus e quoad substantiam, sed ad summum quoadmodu obtinendae rei.

Instabis 2o: datur in creatura illectuali naalis et efficax

6. appetitus ad visionem dei intuitivam : in brutis et aliis
naa sua corruptibilibus ad immortalitatem : Creatura
enim illectualis naaliter appetit beatitudinem, quae
in visione dei intuitiva consistit bruta et alia per naam
corruptibilia mortem fugiunt ex desiderio immortalitatis.
atqui haec sunt naaliter impossibilia per se et secundum
suam substantiam. Ergo datur appetitus naalis
et efficax ad rem impossibilem per se et quoad suam substaam.
Nego majorem : Et dico ~~illect~~ in creatura illectuarj esse
quidem naalem, sed inefficacem appetitum ad visione
dei intuitivam : vel certe esse efficacem et liberum,
o naalem, Dico pariter in brutis et caeteris naa sua
corruptibilibus esse appetitum inefficacem immortalitatis.
quamobrem creatura illectualis naaliter et efficaciter
appetit beatitudinem gnatim sumptam ; o autem beatitudinem
supernaalem : qlis e visio dei intuitiva ; nec bruta mor
tem fugiunt ex immortalitatis desiderio, sed vivendi et essendi.
Porro appetitus philosophandi in hoe dr naalis, id e necessarius
o liber. unde oibus et singulis hoibus o minus qm naa huma
na communis e ; quia oes hoes, ut ait philosophus, naa scire
desiderant : atq; in eo disguitur ab appetitu volandi, qui liber e
et pprius aliquorum, o oibus communis. dr etiam efficax
id e absolutus o conditionatus, quo distinguatur ab appetitu
naali visiois dei intuitivae, qui e incompletus, conditionatus,
et efficax.

Obiicies 2°. oīs demonstrāo, philosophia, et scientia ē de solis ūrsalibus. atqui ō potest haberi cognio certa de ūrsalibus. v. g. quod oē mixtum sit corruptibile: ut enim cognio de ūrsalibus certa sit, prius fieri debet inductio seu experientia oīum oīo singularium sub ūrsali contentorum: v. g. ut sim certus oēm hōem ēe album, debeo experientiam fecisse oīum et singulorum hoīum atqui oīum singularium impossibilis ē experiēna. Ergo impossibilis ē cognio de ūrsalibus: proindeq; impossibilis ē demonstrāo, scientia et phia.

Distinguo majorem. demonstrāo ē de solis ūrsalibus necessariis concedo: contingentibus nego. demonstrāo quidem scientia ac phia de solis ē ūrsalibus necessariis, id ē immutabilibus: ut quod oē bonum sit majus sua parte, oē mixtum sit corruptile: ō autem de ūrsalibus contingentibus, id ē mutabilibus, ut qod oīs hōo sit albus. jam vero potest haberi cognio certa de ūrsalibus necessarijs sine oīum singularium experientia, licet ō possit haberi sine ea cognio certa de ūrsalibus contingentibus. rāo autem disparitatis ē, quia in ūrsalibus necessariis evidens ē necessarius nexus attributi cum subiecto: v. g. in istis: oē totum ē majus sua parte. at vero in ūrsalibus contingentibus ō ē evidens necessarius nexus attributi cum subiecto.

Secunda Conclusio.

Datur actu philosophia.

Probatur, phia ē cognio certa et evidens. atqui datur cognio certa et evidens: nam ibi datur cognio certa et evidens ubi res quaedam sunt evidentes et perspicuae, sic aliunde evidentia et perspicuitas certum sit veritatis argumentum. atqui utrumq;

verum est.

Primo quidem res sunt aliquae evidentes et perspicuae. nam illud est evidens et perspicuum, quod per se ipsum aut per aliud necessario connexum cognoscitur. atqui res aliquae per se ipsas, aut per alias necessario connexas cognoscuntur: per se ipsas quidem, ut prima axiomata et principia, v.g. totum est majus sua parte: per alias autem necessario connexas, ut conclusiones deductae ex primis principiis, ut ista, manus est major digito

Deinde vero evidentia seu perspicuitas est certissimum veritatis criterium, signum et argumentum: nam illud est certissimum veritatis criterium, quod soli cognitioni verae convenire potest, et nunquam falsae; sola enim cognitio vera est evidens et perspicua; omnis autem cognitio falsa inevidens et obscura est. Sola veritas est lumen illustrans; omnis vero falsitas est obscuritas et confusio. Ergo evidentia seu perspicuitas certissimum veritatis criterium.

Juvat autem omnes percurrere ipsius philosophiae partes: et sic plurimas ex omni scientiarum genere cognitiones in cumulum explorum proferre.

Logicus cognoscit veras esse apprehensiones, vera judicia, veras argumentationes, quae conformitatem habent cum suis obiectis. Cognoscit propositiones alias esse affirmantes alias negantes: alias esse universales alias particulares: universales negantes posse converti simpliciter ut universales affirmantes. Cognoscit tres esse in argumentatione terminos: ex puris negantibus nihil concludi, medium debere distribui.

Cognoscit moralis philosophus certissima quaedam benevivendi praecepta: declinandum a malo, et faciendum bonum: nemini inferendam esse injuriam: reddendum unicuique quod suum est.

Colendum deum: honorandos parentes: praestandam fidem &c.

Cognoscit methaphysicus, quod impossibile sit aliquem simul esse et non esse: totum esse majus sua parte: deum esse simplicem, aeternum et immutabilem. —

Cognoscit physicus quantitatem in infinitum esse divisibilem: mixtum esse corruptibile. —

Atqui huiusmodi adductae in exemplum cognitiones veraeque sunt, certae, et evidentes. Ergo datur aliqua cognitio vera certa et evidens rerum naturalium per causas; ac proinde existit phia.

Obiicies 1o: de rebus judicamus ex apparentiis: dicimus res esse tales, quia nobis apparent tales. atqui apparentiae rerum sunt fallaces, incertae, et dubiae: ut in innumeris constat experimentis. baculus enim media sui parte existens in aquis apparet fractus, aut curvus; et tamen rectus est: turris quadrata eminus conspecta apparet rotunda, et tamen quadrata est; obiecta per vitrum rubrum inspecta apparent rubra omnia: deniq; obiecta per oculum icterico laborante morbo visa, apparent flava, licet flava non sint. Ergo judicia nostra sunt fallacia et incerta; proindeque datur cognitio certa et evidens. —

Disquo majorem: judicamus de rebus ex apparentiis evidentibus et perspicuis concedo: inevidentibus et obscuris nego. atqui apparentiae rerum sunt fallaces: disquo minorem apparentiae inevidentes et obscurae concedo: apparentiae evidentes et perspicuae nego. quamobrem nostra quidem judicia fallacia sunt, dubia, et incerta, quando obscura sunt atque inevidentia: non autem cum perspicua sunt atq; evidentia. obscuritas enim convenire potest cognitioni falsae et verae.

10. Euidentia autem soli cognitioni veræ, nunquam falsæ. —

Instabis 1°. ad cognitionem certam ō requiritur solum, ut apparentiæ sint euidentes; sed etiam ut certissimus, utrum adsit talis euidentia, necne: atqui ō summus certi utrum adsit talis euidentia, nec ne. Ergo licet apparentiæ sint euidentes, cognitio tamen ō potest dici certa. —

Nego minorem: Et dico nos certos esse per ipsam euidentiam utrum ea adsit necne. Sicut enim per lumen ō modo cæteras à lumine distincta, sed ipsum etiam uidemus lumen; ita per euidentiam ō modo res cæteras, sed ipsam quoque euidentiam cognoscimus. —

Instabis 2°: ō summus certi utrum adsit euidentia necne, si de euidentia ipsa aliquando disputetur, et cum ipsa abest, adesse tamen videatur. atqui experientia constat, cum abest euidentia, adesse aliquando uideri: constat etiam de ipsa euidentia disputari sæpius: nam plerumque euenit, ut ij qui contraria sentiunt, euidentiam se habere æque contendant. Ergo ō spes certi summus, utrum adsit euidentia, an uero desideretur. —

Disguo majorem: ō summus certi utrum adsit euidentia necne, si cum abest, adesse tamen uideatur perspicue et euidenter, concedo: si adesse tantum videatur temere, nec euidenter nec bonâ fide, nego majorem propositionem. Disguo pariter minorem: atqui experientia constat, cum abest euidentia, adesse tamen uideri: constat de ipsa disputari sæpius, temere, et malâ fide, concedo: euidenter et bonâ fide, nego minorem, ac proinde consequentiam. itaque duplici modo potest uideri, quod euidentia adsit, nempe euidenter et bonâ fide; vel temere inuidenter et malâ fide. Videtur alicui bonâ fide, quod adsit euidentia, cum talem habet euidentia

Sensum, ut illorum capiat necessario Et Euidenter ~~est~~ inalterum.
Videtur aliqui quod adsit Euidentia tenuis inuidenter Et malâ fide, quando
habet talem Euidentia sensum, qlis ~~re~~ debet, ut illorum capiat inalte-
rum. Patet quod ~~o~~ simul Cetti de ipsa Euidentia, si cum abest, adest
Videtur tenuis, inuidenter, Et malâ fide: ~~o~~ autem Videtur Euid
enter Et bona fide. porro Videtur aliquando, qd adsit Euidentia, cum
ter abest: ut in hoc dormiente, qui existimat videre se solem et lunam;
sed Videtur tenuis, malâ fide, atq; inuidenter. ipsi enim Euident ~~re~~
fidei impressionem aliquam sensibus suis: sed inuident ~~re~~ impressi
onem istam fidei a sole Et Lunâ. ipsi Euident videtur, sed tenuis
ffum atq; inuidenter. ~~z~~ illud Euident Videtur tenuis tantum atque
inuidenter, qđ Euident ~~re~~ fidei posse abalia Cãa, quam a sole Et
Luna; atqui Euident ~~re~~ istam impressionem, quam hoc dormiens,
sentit, fidei posse abalia Cãa, quam a sole Et Lunâ, ~~m~~ rupse adeo
Volangelo. Ergo Euident ~~o~~ videtur Euidenter Et bona fide istam
impressionem fidei a sole Et Lunâ, sed tenuis tantum atque inuid
enter.

Instabis 3°: Ex hac ~~m~~ sponsione sequeretur nos ~~o~~ ~~re~~ Cetos de Exist
entia solis Et Lunæ Et reliquum aliarum sensibilium: Cetti enim
simul illam impressionem, quam fidei existimamus a sole, Et Luna,
Et aliis reliquis sensibilibus, fidei posse abalia Cã, ~~m~~ rupse adeo
Volangelo. atqui absurdum ~~o~~ nos ~~o~~ ~~re~~ Cetos de Existentia solis
Et Lunæ, Et aliarum reliquum sensibilium: cum nihil Cetius videa
tur, quam Existentia corporum. Ergo absurda ~~o~~ ~~m~~ sponsio.

Disquo Majorem Ex hac ~~m~~ sponsione sequeretur nos ~~o~~ ~~re~~ Cetos
De Existentia, solis, Lunæ, Et aliarum reliquum sensibilium Cetos
inquam Cetitudine methaphysicâ, Concedo: Cetitudine moral
negq. similiter Disquo minorem, atqui absurdum ~~o~~ nos ~~o~~ ~~re~~ Cetos
de Existentia solis, Et Lunæ, Et aliarum reliquum sensibilium
Cetitudine morali concedo: Cetitudine methaphisicâ negq. itaq; Cetitudo

duplex: nempe methaphisica et moralis. Certitudo methaphisica ea
est, qua aliquid ita certum est, ut quacunque facta hipotesi aliter se habere
non possit de intrinseca ratione rei: sic certum est certitudine methaphisica
bis duo esse quatuor, triangulum habere tres angulos, circulum habere
partes omnes extremas aeque distantes a centro, quia quacunque facta
hipotesi res aliter se habere non potest. Certitudo moralis ea est qua aliquid ita
certum est ut facta aliqua hypotesi aliter habere se possit, hac certi
tudine nobis certum est extitisse caesarem aut alexandrum, neque
enim certum est istud ex intrinseca ratione rei, dicitur ex testimoniis hominum
quod potest supponi absolute esse falsum, sic etiam nobis certum
est existere solem et lunam atque alias res sensibiles extra
nos positas neque illud certum est ex intrinseca
ratione rei dicitur, ex testimonio sensuum, quia absolute decipi
potest. Fateor autem nos non esse certos de existentia solis et
lunae et rerum naturalium certitudine methaphysica quia id
novimus tantum ex impressione.
rerum illarum sensibilium facta sensibus nostris. atqui illa
impressio fieri potest ab alia causa quam ab illis rebus sensibilibus.
Ergo cognitio illa quam eruimus ex eiusmodi impressione non est certa
certitudine methaphysica: rerum contendo nos certos esse de
existentia rerum illarum sensibilium certitudine morali; ista
enim cognitio certa est ex testimonio sensuum rationi conjuncto, qui quidem
sensus cum humana ratione conjuncti, licet absolute decipi possint,
vulgo tamen et moraliter loquendo non decipiuntur. porro absurdum est
nos non esse certos certitudine morali de existentia solis, lunae,
et aliarum rerum sensibilium, quia sensus omnes testificantur
de existentia illarum; non est tamen absurdum non esse certos certitudine
methaphysica de existentia rerum sensibilium.
Instabis quarto. hoc posito non essemus certi certitudine methaphysica
de ulla omnino cognitione. Ergo absurda est haec responsio.

Probatur antecedens: Ex concessis ō sumus certi certitudine methaphysicâ de existentiâ rerum sensibilium, quia huiusmodi certitudo pendet a sensibus, qui absolute decipi possunt: atqui pariter oīs alia cognio pendet a sensibus: nihil enim ē in illecta, quod prius ō fuerit in sensu. Ergo nulla ē cognio certa certitudine methaphysicâ.

Disguo Majorem: ō sumus certi certitudine methaphysicâ de rebus illis sensibilibus, quia eiusmodi cognio pendet a sensibus, tanquam â fundamento et principio proximo certitudinis nostræ, concedo: â sensibus tanquam condiōe, occaōe, applicaōe nostræ certitudinis, nego. Similiter Disguo minorem: atqui pariter oīs alia cognio pendet a sensibus tanquam a conditione, occaōe, applicaōe nostræ certitudinis, concedo; tanquam fundamento et principio proximo certitudinis nostræ nego. itaq; duobus modis cognio aliqua dici potest hauriri a sensibus, nempe vel tanquam a fundamento suæ certitudinis, vel tanquam a mera condiōe vel occaōe. tunc cognio de hauriri a principio fallaci, tanquam fundamento certitudinis, quando firmitas assensus pendet ab aliquo fallaci, a sensibus. tunc vero cognio de hauriri a sensibus tanquam occasione, quando principium fallax consensus vim habet duntaxat excitandi cognioēm, sed ita ut firmitas assensûs inde ō trahatur. porro cognioēs rerum sensibilium pendent a sensibus tanquam fundamento: cæteræ tanquam ab occaōne; firmitas enim assensus ō trahitur a sensibus, sed ab ipsâ rei evidentiâ: cæteræ inquam ut id concedatur, quod ō ē certum, imo videtur falsum.

Artus 2us

Quid sit phia

Phia definitur cognioūera, certa et evidens rerum naalium per caas

14.

Dicitur Cognio, quia phia nihil aliud ē quam rerum naturalium mente concepta representatio. at representatio mente concepta, hoc ē quod cognitionem appellamus. —

Dicitur Vera, quia conformis ē obiecto suo. illa quippe cognio dr vera, quae conformis ē obiecto suo. atqui philosophica cognio est conformis obiecto suo. Ergo philosophica cognio est vera.

Dr Certa, quia ō potest aliter et aliter se habere. illa quippe cognio ō solum vera ē, sed etiam certa, cuius veritas ō potest aliter et aliter se habere. atqui veritas philosophicae cognitionis ō potest aliter et aliter se habere, proindeq; philosophica cognio, vera ē et certa.

Triplex autem ē certitudo in philosophica cognitione: minimum obiecti, motivi, et subiecti. —

Certitudo obiecti ē obiecti immutabilitas, ut cuius obiectum habet, quod ō possit aliter et aliter se habere: v. g. Existentia Dei habet certitudinem obiecti, quia habet immutabilitatem ut cuius ō potest aliter et aliter se habere; ita quippe existit Deus, ut ō possit ō existere. —

Certitudo motivi est necessaria connexio motivi cognitionis cum re cognita: v. g. in hac cognitione, qua novi lunam eclipsim pati, quia terra solem inter et lunam interponitur, certitudo ē motivi, quia motivum eius, nempe interpositio terrae, necessariam habet connexionem cum ipsa re cognita, scilicet eclipsi lunae.

Certitudo subiecti, ē firmus et immobilis assensus illectus quo sine vacillatione judicat, et sine errandi formidine: v. g. cognio qua novi lunam eclipsim pati propter interpositionem terrae solem inter et lunam certa ē certitudine subiecti, quia comitem habet firmissimum ascensum illectus, quo sine errandi formidine

judicamus, revera Lunam Ecclipsim pati quod Lunam inter et solem terra interponatur. Triplex est certitudo in philosophica cognitione et constitui debet; neque enim cognitio quae triplicem illam certitudinem obtineret, digna philosophiae nomine posset aestimari. —

Dr Evidens, quia philosophica cognitio rem manifeste repraesentat in se immediate vel in alio necessario connexo et evidenter. Illa quippe cognitio Dr Evidens, quae rem manifeste repraesentat in seipsa immediate, vel in alio evidenter connexo. atqui philosophica cognitio debet manifeste repraesentare obiectum vel in se immediate, vel in alio evidenter connexo; omnis quippe cognitio quae non fundatur in revelatione, si certa sit necessario repraesentat obiectum vel in se immediate, vel in alio evidenter connexo. atqui philosophica cognitio certa est, nec fundatur in revelatione, sed in humanae rationis acumine et sagacitate; ergo manifeste ~~ob~~ repraesentat obiectum suum et in se immediate vel in alio evidenter connexo; proindeque est evidens.

Dr rerum naturalium, quia philosophica cognitio non versatur circa res supernaturales, hoc est circa ea, quae luminis naturalis beneficio non possunt apprehendi: quippe res naturalis hic Dr, quaecumque potest apprehendi naturali lumine illectus sine supernaturali gratiae auxilio. at philosophica cognitio circa ea versatur, quae duntaxat possunt percipi luminis naturalis beneficio, absque ullo gratiae supernaturalis auxilio. nam ex quo superant naturales vires illectus, et absque speciali revelatione non possunt cognosci, ad hanc disciplinam naturalem non pertinent, quam modo ~~tra~~ tractamus, v.g. cognitio trinitatis in deo, cognitio generationis verbi, incarnationis eius, et alia cuiusmodi christianae religionis mysteria non pertinent ad philosophiam. —

Dr per causas, quia philosophica cognitio non solum tendit ad notitiam alicuius effectus, sed causae etiam, qua continetur effectus.

Illa enim cognio ē per caās, quæ ō solum repræsentat ~~ē~~ Effectum, sed ipsam quoq; Effectus caām, atqui phica cognio ō modo Effectum, sed Effectus caām repræsentat; proindeq; phica cognio ē per caās: v.g. phica cognio Eclipsis Lunæ ō modo repræsentare debet Eclipsim Lunæ qod norunt etiam rustici et mulierculæ, verum insuper debet exhibere caām ipsius Eclipsis, nempe terræ interposicōem. —

Itaq; accurata ē phiæ definio, qua dr, cognio vera certa et evidens rerum naalium per caās;

Cognio, quia pertinet ad illectum, in quo disguitur ab actibus et habitibus aliarum facultatum spiritalium; convenit vero cum cæteris actibus aut habitibus illectus veris, aut falsis, certis vel obscuris, dubiis, ac evidentibus, et hæc pars definiōis phiæ communior, habens raōem generis.

Vera: in quo disguitur ab errore et hæresi, quæ sunt cognioēs falsæ.

Certa: quia ō potest aliter se habere, neq; raōne obiecti, neq; raōe motivi, neq; raōne subiecti: in quo disguitur ab opinione et fide humanâ, quæ possunt aliter se habere, vel raōne obiecti, vel raōne motivi, vel raōne subiecti. —

Evidens: quia obiectum suum manifeste repræsentat, in se immediate, vel in alio evidenter connexo, in quo disguitur a fide humana, et divinâ.

Dicitur rerum naalium, quod versetur circa ea quæ solo lumine naali possunt apprehendi; in quo disguitur a theologiâ supernaali, et cognioē beatorum, aut etiam ~~profetarum~~ prophetarum et aliorum hoium quibus singulari quodam beneficio revelata sunt divina misteria.

Per Caas, quia phica cognio ō solum repraesentat effectum, sed etiam effectus caam, in quo disguitur a cognione rustica, et experimentali.

Obiicies 1o: phia ō bene definitur cognio certa, et euidens, si maxima ex parte sit incerta, et ineuidens: atqui phia maxima ex parte, est incerta, et ineuidens. Ergo phia ō bene definitur cognio certa, et euidens.

Disguo Majorem: phia ō bene definitur, cognio certa et euidens, si maxima ex parte sit ineuidens et incerta: id ē si phia pprie et uniuoce sumpta, sit maxima ex parte incerta et ineuidens, concedo: si phia tum equiuoce, et impprie sumpta, sit maxima ex parte incerta et ineuidens nego. Similiter disguo minorem: atqui phia maxima ex parte ē incerta et ineuidens, phia, inquam, equiuoce et improprie sumpta, concedo: phia pprie et uniuoce sumpta, nego. Itaq; phia potest sic dici vel pprie et uniuoce, vel impprie et equiuoce. phia uniuoce sumpta ē ea quae habet oia requisita ad phiam. phia impprie et equiuoce sumpta, est phia quoad nōem, id ē quae vulgo vocatur phia, licet ō habeat oia requisita aduerant phiam. Equidem phia ō bene definitur cognio certa, et euidens, si phia pprie et uniuoce sumpta, maxima ex parte sit incerta et ineuidens: sed contendo phiam uniuoce et pprie sumptam ē certam et euidentem totam.

Obiicies 2o. cognio dei ē pars phiae. atqui cognio dei ō ē cognio rei naalis; Ergo phia ō bene definitur cognio rerum naalium.

Disguo minorem; cognio dei ō ē cognio rei naalis quoad entitatem, concedo: quoad modum cognoscendi nego. deus ō ē naalis quoad entitatem, quia entitative ē supernalis; sed ē

naturalis quoadmodum cognoscendi; quae lumine saltem naturali imperfecte, cognosci potest. porro hic per res naturales intelligimus eas quascunque viribus naturae cognoscere possumus.

Obiicies tandem: saltem philosophia male definitur per causas, nam si philosophia esset cognitio per causas, res divinae, quae cognoscuntur a philosophia, agnoscerent aliquas causas. atqui res divinae non habent causas. Ergo philosophia non est cognitio per causas.

Disquo majorem: si philosophia esset cognitio per causas, res divinae haberent causas cognoscendi; concedo: essendi nego. duplex est causa; altera cognoscendi, altera essendi; causa essendi est ea quae dat esse alteri: ut deus respectu creaturarum; causa cognoscendi est ea res, quae ducit in cognitionem alterius: deus non habet causam essendi quidem, sed habet causas cognoscendi: creaturas scilicet, porro hic nomine causarum intelligimus tum causas rei tum causas cognoscendi.

Artus 3us.

Cur sit philosophia

Agendum est hic de causis, et principiis philosophiae. principia et causae rei alicuius quatuor sunt. scilicet causa finalis propter quam, efficiens qua, materialis ex qua, et formalis per quam illa res est, de quibus in ordine ad philosophiam dicendum est sigillatim.

Finis philosophiae vel est finis cui, seu in cuius commodum res cedit, vel est finis qui, seu cuius gratia.

Finis qui seu cuius gratia vel est proximus vel remotus

hispositis sit ~~ja Concluo~~.

Prima Concluo.

Finis Cuj phia ē hoo. —

Probatur: finis cui rej alicuius ē persona ylla in cuius commodum res ylla cedit. atqui hoo ē persona in cuius commodum phia cedit. phia enim instruit illectum; Et dirigit voluntatem, ac proinde cedit in perfectionem, Et ornamentum hois. — Ergo finis Cuj phia ē hoo. —

Obiicies, quod ē Caa superbiae ō cedit in commodum hois. atqui phia ē finis superbia: nam scientia inflat inquit apostolus. Ergo phia ō cedit in commodum hois. —

Disquo minorem; phia ē causa superbiae, per accidens, idē ex prauatis dispositione subiecti, nempe hois phia abutentis concedo ē Caa per se, hoc ē ex naa sua, nego. — quamobrem phia per accidens quidem ō cedit in commodum hois; cedit in per se Et ex naa sua: qod quidem sufficit ad hoc ut phia dicatur cedere in bonum hois. alias sacramenta, ipsa etiam misericordia diuina ō cederent in commodum hois; iis enim abutuntur hoes.

Instabis: quod ē bonum bonis, Et malum malis, illud indifferens ē per se ad bonum ~~et~~ malum; atqui phia per se ē bona bonis, Et mala malis. Ergo secundum se indifferens ē. —

Nego majorem instrumenta enim absolute Et simpliciter dr bona, quia sunt bona bonis, ex naa sua. Licet mala etiam ee possint malis.

Secunda Conclusio. —

Finis qui proximus phiæ habitualis ē cognio veritatis.

Probatur: illud ē finis proximus alicuius rei, ad quod res illa tendit proxime et immediate. atqui phia habitualis proxime et immediate tendit ad cognionem veritatis: quilibet enim habitus tendit proxime et immediate ad pprium suum actum: sed veritatis cognio ē pprius actus phiæ habitualis. Ergo finis proximus phiæ habitualis ē cognio veritatis.

Tertia Conclusio. —

Finis qui remotus phiæ ē beatitudo naalis. —

Probatur: illud ē finis remotus, ad quod res aliqua mediate ac remote tendit. atqui phia mediate ac remote tendit ad beatitudinem naalem: scilicet mediante cognione veritatis creatæ, phia refertur ad cognionem veritatis increatæ, Ergo finis remotus phiæ ē beatitudo naalis.

Dices: quod expetitur propter se, ō refertur ad alium finem: atqui phia speculativa expetitur propter se, inquit aristoteles; Ergo phia speculativa ō refertur ad alium finem.

Disquo majorem; quod expetitur propter se simpliciter et absolute, hoc sub oi raone concedo; secundum quid tantum hoc ē sub aliqua tantum raone nego. Jam vero phia speculativa expetitur quidem propter se secundum quid, quatenus ō expetitur propter obiectum faciendum quomodo practica: at vero ō expetitur propter se simpliciter et absolute. Ergo phia etiam speculativa potest referri ad alium finem. —

Ultima Conclusio. —

Finis simpliciter ultimus phiæ ē deus. —

Probatur: illud ē finis simpliciter ultimus ad quod res ultimate tendit. atqui phia ultimate tendit ad deum, ad quem res oēs creatæ tendunt ex naā suā. — Ergo finis simpliciter ultimus phiæ ē deus. —

De fine hic loquimur naāli seu artis; ō de morali seu operantis. —

De Caā Efficiente phiæ. —

Caā Efficiens ē id, a quo aliquid producitur et efficitur: idq̄d dat ēē rei efficiendo rem: sicut sol dat ēē luci, producendo lucem.

Caā, efficiens duplex: scilicet ja, et secunda. —

Caā ja ē ea, quæ agit seipsa independenter, et a quā cæteræ dependent, ut deus solus. —

Caā 2a, ē ea quæ pendet in agendo a caā ja: ut hoō. —

Caā iterum duplex: jo producens et reparans, —

Caā jo producens ē ea quæ dat jam existentiam rei: v.g. architectus efficiens domum, quæ prius ō extitit. —

Caā reparans ē ea quæ ō dat jam existentiam sed reficit qōd factum fuerat, vel oīo, vel aliqua ex parte: v.g. architectus veterem domum reficiens. —

Certum ē jo deum ēē caām phiæ primam, quia nihil ē creatum qōd adeo ō producatur, ut a caā primā. —

Certum ē 2o, Chaldeos, ægyptios, arabes, græcos, et Latinos fuisse veteris phiæ pœnē detritæ reparatores; ut etiam nunc angli,

italj, hispanj, ~~et~~ germanj; Etalij plures; ipsi primis vero gallj nostrj phiam magnopere amplificant principum munificentiâ adiutj. —

Quæstio ē utrum certa quadam rationē deus dicj possit auctor phiæ, quod eam jo parentj adamo infusione tradiderit ad posteros transmittendam: igitur re duo statuimus: jum ē adamum habuisse phiam, alterum adeo accepisse. —

Prima Concluo

Adamus habuit phiam. —

Probatur: phia ē cognio vera certa et evidens rerum naalium per caas. atqui adamus habuit cognionem veram certam et evidentem rerum naalium per caas: idq; probatur cum auctoritate, tum rationē, auctoritate quidem, nempe scripturæ sacræ testimonijs: disciplina illectus replevit eos, inquit scriptura: creavit in illis scientiam spiritus: sensu replevit corda eorum: bona et mala ostendit eis. atqui hæc bona primis parentibus ōpotuerunt concedj, nisi adamus habuerit veram certam et evidentem cognionē rerum naalium per caas. ergo auctoritate scripturæ sacræ probatur adamum habuisse phiam. deinde etiam ratione comprobatur, enimvero adamus habuit rerum naalium cognionem, qlis decebat hoēm adeo immediate creatum, et prædestinatum ut esset primus hoīm parens et humanj generis caput. at cognio vera, certa et evidens rerum naalium per caas necessaria fuit adamo: quippe cum esset omni dignitate hoīm parens, debuit cæteros hoēs ut pote filios, regere, docere, instituere antecellere ~~hoēs~~ oēs erudione et sapientiâ. atqui hoc ō potuit fieri, quin adamus habuerit rerum naalium cognionem veram, ~~certam~~ certam, et evidentem. ergo adamus habuit veram, certam et evidentem

Cognitionem rerum naturalium: proindeque habuit philosophiam.

Obiicies 1°: ille non habuit philosophiam, qui non habuit rerum naturalium cognitionem. atqui adamus non habuit rerum naturalium cognitionem: si enim habuisset rerum naturalium cognitionem, cognovisset naturam serpentis, atqui adamus non cognovit naturam serpentis; isquippe naturam serpentis non cognovit, qui putavit serpentem esse loquacem: sed adamus putavit serpentem esse loquacem. Ergo adamus non habuit naturae serpentis notam. Ergo non habuit rerum naturalium cognitionem: proindeque nec philosophiam. —

Disquo majorem hanc propositionem: ille non cognovit naturam serpentis qui putavit serpentem esse loquacem, per se et ab intrinseco concedo: qui putavit serpentem esse loquacem ab extrinseco et per aliud nego. atqui adamus putavit serpentem esse loquacem: disquo pariter minorem. putavit serpentem esse loquacem ab extrinseco et per aliud concedo: ab intrinseco per se, et ex natura sua, nego: itaque fateor eum non cognovisse naturam serpentis, qui putavit serpentem esse loquacem, per se, ab intrinseco, et ex natura sua, cum per se et ex natura sua non sit loquax; sed nego eum non cognovisse naturam serpentis, qui putavit serpentem esse ab extrinseco et per aliud loquacem: imo et in eo naturam serpentis cognovit, quod ipsum cognoverit, quod reipsa factum est, cum serpens ab extrinseco et per aliud fuerit locutus: ut narrat scriptura sacra his verbis: dixit serpens ad mulierem. Ergo etiam si adamus crediderit serpentem esse loquacem, hoc non probat adamum non habuisse cognitionem naturae serpentis, nec proinde probat adamum philosophiam non habuisse. —

Obiicies 2°: ille non habuit philosophiam, qui non habuit scientiam boni et mali; hoc est morem philosophiam. atqui adamus non habuit boni et mali scientiam. ille enim non habuit scientiam boni et mali cui promissa est scientia boni et mali. atqui serpens promisit adamo scientiam boni et mali: eritis sicut dii, scientes bonum et malum. Ergo adamus non habuit scientiam boni et mali; proindeque non habuit philosophiam. —

24 Disquo majorem hanc propositionem: ille ō habuit scientiam boni et mali supernaalem, cui promissa ē scientia boni et mali; concedo majorem: ō habuit scientiam boni et mali naalem et phicam, nego majorem propositionem. Concessa minore, disquo pariter consequens; ergo adamus ō habuit scientiam boni et mali supernaalem et extraordinariam concedo consequentiam: naalem et phicam, nego consequentiam. Itaq; scientia boni et mali, ceterarumq; rerum naalium duplex disqui potest; nempe naalis et supernaalis. Scientia naalis et phica ea ē, quae per naam haberi potest, et naae vires ō superat. Scientia supernaalis et extraordinaria ea ē quae per naam haberi ō potest. Fateor eum ō habuisse scientiam boni et mali naalem, cui promissa ē scientia boni et mali naalis quidem et phica: sed n. eum ō habuisse scientiam boni et mali naalem et phicam, cui promissa ē scientia boni et mali supernaalis et extraordinaria. porro adamo promissa ē scientia boni et mali supernaalis et extraordinaria, qlis haberi ō potest per naae vires; sed n. adamo promissam fuisse boni et mali scientiam naalem et phicam: proindeq; n. adamum ō habuisse moralem phiam. quod autem adamo promissa fuerit boni et mali scientia, ō quidem naalis et phica, sed supernaalis et extraordinaria, patet ex ipsis verbis promissionis factae: Eritis sicut Dij scientes bonum et malum. Ergo serpens promisit adamo scientiam boni et mali; ō humanam quidem sed divinam, supernaalem, et extraordinariam. Ergo inde ō consequitur adamum ō habuisse boni et mali scientiam naalem, et phicam. —

Instabis: atqui licet adamo boni et mali promissa sit scientia naali major, tamen ex eo consequitur adamum ō habuisse phiam. Ergo nulla solutio. —

Probatur subsumtum: ille ō habuit phiam, quia adeo —

simplex et ignarus fuit, ut existimaverit se posse per esum fructus scientiam boni et mali consequi supernaturalem. atqui ex concessis adamus fuit adeo simplex et ignarus, ut id crediderit. Ergo sequitur adamum ō habuisse phiam. —

Disquo majorem: ille ō habuit phiam, qui fuit adeo ignarus et simplex, ut existimaverit se posse per esum fructus supernaturalem scientiam consequi naturaliter per virtutem insitam fructui concedo majorem: supernaturaliter et per virtutem extrinsecam, n. majorem. itaq; duobus modis illigi potest, credidisse adamum per esum fructus vetiti comparare se posse phiam: nempe naturaliter et per vim insitam, vel supernaturaliter et per aliud. fateor dum ō habuisse phiam qui adeo ignarus et simplex fuit ut existimaret se posse per esum fructus vetiti scientiam boni et mali consequi naturaliter et per vim insitam. sed nego eum ō habuisse phiam qui existimavit se posse consequi scientiam boni et mali per vim quandam extrinsecam fructui vetito. porro adamus existimavit quidem se posse consequi scientiam per vim quandam extrinsecam fructui vetito, et supernaturalem: minime vero tam simplex fuit ut existimaret se posse scientiam illam consequi per vim quandam naturalem et insitam fructui vetito proindeq; nego adamum ō habuisse phiam

Obiicies 3°. ois peccans ē ignorans, atqui adamus peccavit, Ergo adamus ignorans fuit, ac proinde ō habuit phiam. — — — — — — —

Disquo majorem: ois peccans ē ignorans ut plurimum: ois peccans ē ignorans semper n. majorem. atqui adamus peccavit c. minorem. Ergo &c. n. consequentiam. itaq; fateor eos qui peccant saepe versari in alicuius rei ignoratione: sed nego semper versari in ignoratione. sunt enim qui peccant ex pura malitia: sed qui peccant ex pura malitia ō versantur in ignoratione. Ergo

 oīs peccans ō ē ignorans. ~

Obiicies 4°: ille ō habuit phiam, qui ō cognouit res nāales per discursum. atqui adamus ō cognouit res nāales per discursu. Ergo adamus ō habuit phiam. ~

Disquo majorem: ille ō habuit phiam, qui ō cognouit res nāales per discursum, quæ ō sunt nāaliter cognoscibiles nisi per discursum concedo, quæ nāaliter cognoscibiles sunt sine discursu, nego majorē. itaq; cum phia sit rerum nāalium cognio, fateor illum ō habuisse phiam, qui ō cognouit per discursum res quæ nāaliter ōpōunt cognosci sine discursu; sed contendo eum habuisse phiam qui sine discursu cognouit res plurimas nāales, quæ nāaliter cognoscibiles sunt absque discursu. porro adamus res eas cognouit, cum discursu, quæ nāaliter cognosci ō possunt, nisi per discursum; quamuis res multas quas ō cognoscimus nisi per discursum propter hæbetioris ingenij acidum, ipse cognōrit citra discursum. ~

Secunda Cluo.

Adamus habuit phiam infusiōe adeo.

Probatur: ille habuit phiam infusione adeo, qui phiam habuit, nec alia rāōe habere potuit. atqui adamus habuit phiam ut diximus, nec aliâ rāōne habere potuit. enim vero triplici tantum rāōe scientiâ aliquâ potest acquiri: nempe inuentione, disciplinâ, et infusione. atqui adamus ō potuit habere phiam inuentione, aut disciplinâ. Ergo habuit infusione. inuentione quidem habere ō potuit, nec disciplinâ, adhoc enim requiritur diuturni temporis intermallum. atqui adamus

ō potuit per diuturnum temporis interuallum comparare phiam, quā in primo instanti suæ creationis debuit ēe instructus, quia tunc constitutus erat ut corpore ita et aā perfectus jus parens oīum hōum. Ergo adamus ō potuit phiam acquirere inuentiōe vel disciplinā: proindeq; infusione accepit ab ipso deo conditore, qui sicut adami corpus ppriis manibus finxerat, sic aam per se ipsum inspirauit, suis numeris absoluit, et optimis dotibus exornauit. ~

Quæres 1o qualem phiam adamus habuerit?

Respondeo adamum habuisse phiam integraliter perfectam pro rāōe status sui et conditionis. rāō ē: quia talem phiam habuit adamus, qualis decebat eum: deus enim disponit oīa suauiter, atqui decebat adamum habere phiam integraliter perfectam propter personæ suæ dignitatem: erat quippe hōum parens, dei opus, cui elaborando, et ad imaginem suam fingendo summæ deus sapientiæ incubuerat: faciamus hōem ad imaginem et similitudinem nostram, inquit deus. Ergo adamus habuit phiam integraliter perfectam, hoc ē talem habuit rerum naālium cognitōem, qualis ab hōe per naāles perspicacissimi ingenij uires potest comparari. ~

Quæres 2o, utrum adamus habuerit phiam discursiuam? ~

Ad huius quæstionis solutionem operæ pretium ē in primis statuere quid sit cognitio discursiua, et in quo naā discursus posita ēe uideatur; neq; enim id accurate satis inuestigari solet, aut explicari. ~

Discurrere ē inferre ignotum ex noto: in hoc consentiunt oēs

28. ignotum quod infertur ē aliquod judicium, aliqua ppōsio; notum ex quo infertur ē aliud judicium, alia quædam ppōsio. istæ autem ppōsiones disguntur realiter ō solum voce tenus, verum etiam in mente; discursus enim pœnes illectum et sermonem interiorem, ō pœnes sermonem exteriorem consistit. igitur discurrere ē mente inferre ignotum judicium, ignotam ppōsionem. ex prius cognita ppōsione; ita ut cognita, quæ infert, sit tempore prior cognione, quæ infertur; —

Eatenus autem una cognio alteram infert, quatenus cognio inferens representat obiectum habens necessariam connexionem cum obiecto alterius cognioīs illatæ: v.g. ex hac ppōsione: globus habet oēs partes extremas æq; distantes a centro: bene infertur hæc altera: globus ē facillime mobilis; quia æqui distantia partium globi a centro, quæ ē obiectum jæ ppōsioīs inferentis, necessariam habet connexionem cum facilitate ad motum, quæ ē obiectum sequentis illatæ ppōsioīs. obiectum ppōsioīs inferentis appellatur caā: obiectum ppōsioīs illatæ appellatur effectus: quippe disguitur duplex caā et effectus: rei, et cognioīs. obiectum ppōsioīs inferentis appellatur caā, scilicet cognioīs ō rei. obiectum ppōsioīs illatæ dr ~~effectus~~ effectus ō rei quidem sed cognioīs, discurrere ergo ē cognoscere effectum per caām: effectum cognioīs per caām cognioīs. porro aliud ē cognoscere effectum per caām, et aliud cognoscere effectum et caām: ut aliquis dicatur cognoscere effectum et caām, ō requiritur ut cognio caæ præcesserit tempore cognionem effectus: ō requiritur ut prius de caā judicarit quam de effectu: sed potest eodem momento et sibi representare caām

Et sibi representare effectum, et simul utrumq; apprehendere. at vero ut aliquis dicatur cognoscere effectum per causam, necesse est ut prius tempore habuerit cognitionem causae, quam cognitionem effectus; quia debuit inferre judicium ignotum effectus ex previo causae judicio cognito. Sic res se habet in acquirendis scientiis per discursum. —

Cum vero. per discursum comparata est scientia, cognitio inferens et cognitio illata simul vigent ambae in eodem illectu; sed aliqua semper est connexio inter utramq; vi cuius efficitur ut cognitio illata pendeat a cognitione inferente, v.g. discurrendo quis cognovit ignem latuisse in camino, quia vidit ipsismet oculis ascendentem fumum e camino: ita ut tota illa sit ratio propter quam adductus ut crederet et certo sciret ignem extitisse in camino. tunc prior tempore extitit cognitio fumi, et subsecuta est cognitio ignis. Cum vero deinceps ambae simul existunt in eodem illectu: cognitio ignis semper dependet a cognitione fumi: ita ut si dubitaret ipse, utrum vidisset fumum ascendentem e camino, illico etiam dubitaret, utrum ignis in camino latuisset. his praemissis, ad quaestionem propositam. —

Respondeo Adamum habuisse phiam discursivam. —

Probatur: adamus talem habuit ~~phiam~~ infusionem phiam, qualem potuisset sibi comparare per inventionem quia siquam habuit excellentiorem rerum creatarum cognitionem vel etiam dei, ob fuit phia, sed aliquid phia majus; quando quidem phia definitur rerum naturalium cognitio, hoc est rerum naturaliter possibilium. atqui adamus acquisivisset proprio labore

30. phiam discursivam: ille enim acquirit phiam discursivam, qui a notioribus procedit ad minus nota. atqui adamus si phiam acquisivisset, a notioribus progressus fuisset ad minus nota. Ea enim est ratio acquirendae scientiae per inventionem, ut ea statim cognoscamus, quae sunt evidentiora, et ab his deinceps ad alia procedimus, quae difficiliora sunt. Ergo si adamus acquisivisset phiam, certe habuisset discursivam. atqui eam accepit infusione, quam labore et industria potuisset comparare. Ergo adamus habuit discursivam phiam.

Quaeris 3°: utrum cognitio discursiva et non discursiva differant substantialiter.

Respondeo, per se non differre quantum loquendo.

Probatur: ea non differunt essentialiter et intrinsece, quae differunt tantum ratione diversae causae extrinsecae. atqui cognitio discursiva et non discursiva differunt tantum ratione diversae causae extrinsecae: eadem enim cognitio potest esse discursiva et non discursiva. discursiva quidem, quatenus elicitur ab illectu vi praecedentis alterius cognitionis, per quam determinatur: non discursiva vero, quatenus elicitur ab illectu independenter ab aliqua cognitione praecedente: v.g. si quis cognoscat in aliqua figura tres tantum angulos, et simul in ea cognoscat tria tantum latera; ita ut non cognoverit tria tantum latera, quia prius cognovit tres tantum angulos, nec vice versa: tunc neutra cognitio est discursiva respectu alterius; si vero cognoscens prius tria latera, cognoverit postea tres angulos, cognitio trium angulorum est discursiva; neque tamen cognitio illa intrinsece differt a cognitione trium angulorum non discursiva. Ergo cognitio discursiva et non discursiva

ō differunt essentialiter intrinsecè. —

Obiicies: Cognitiones quæ habent diversa motiva differunt essentialiter intrinsecè. atqui Cognitio discursiva et ō discursiva habent diversa motiva. Ergo differunt essentialiter intrinsecè. —

Disquo Majorem: Cognitiones differunt essentialiter intrinsecè, quæ habent diversa motiva essentialia intrinseca, C.: Extrinseca et minime essentialia, N. majorem. atqui Cognitio discursiva et ō discursiva habent diversa motiva: disquo minorem. accidentalia et extrinseca C minorem: intrinseca et essentialia, N. minorem et N. Consequentiam. itaq; motivum duplex: nempe intrinsecum et essentiale; et extrinsecum seu accidentale. motivum intrinsecum et essentiale ē illud, quod pertinet ad entitatem et conceptum rei; sic v.g. auctoritas dei revelantis ē motivum intrinsecum et essentiale fidei divinæ: quia motivum istud pertinet ad ipsam entitatem et conceptum fidei divinæ: at vana gloria ē motivum extrinsecum eleemosinæ, quia vana gloria ō pertinet ad entitatem et conceptum eleemosinæ. porro motivum Cognitionis discursiva per se ō pertinet ad conceptum et entitatem alterius Cognitionis: v.g. si quis cognoscit fumum, ignem existere per fumum, motivum huius ce Cognitionis ē fumus existens: at per accidens ē ad cognitionem ignis, quod oriatur. —

De Cāā Māāli —

Phiæ. —

Māā rei alicuius triplex ē: sciet māā ex qua componitur, seu partes; māā ex qua educitur, seu subiectum in quo, et māā circa quam occupatur, seu pprium obiectum. —

Phia sumitur duobus modis; sciet collectiue et distributiue. phia collectiue sumpta, sunt Logica, æthica, phisica et methaphisica, simul conjunctæ. phia distributiue sumpta est unaquæq; pars seorsim ab alijs; v. g. Logica seorsim ab æthicâ.

Subiectum phiæ. Vel ē subiectum quo, id ē quo mediante phia recipitur in ulteriori subiecto; vel ē subiectum quod, id ē quod mediante alio recipit phiam; vel deniq; subiectum denominaōis, id ē hōō, qui a phiâ denominatur phus.

Prima Cluo.

Maā ex qua componitur phia collectiue sumpta, sunt, Logica, æthica, methaphisica, et phisica.

Proprietates qualitatis sunt, 1o quod habeat contrarium ut albedo nigredinem, 2do quod suscipiat magis et minus; 3o. quod sit fundamentum similitudinis et dissimilitudinis.

Qualitas quadruplex est species, et unaquaeq; species est bimembris, habitus et dispositio et &c.

habitus nomen sumitur: 1o pro possidere, sive per inhaerentiam, sive per negationem, ut cum dicitur paries habere albedinem vel dominus servum. 2do pro habere vestem, quo sensu habitus est ultima categoria. 3o pro qualitate qua res bene vel male se habet, vel in ordine ad se vel in ordine ad aliud, firmiter inhaerens subto.

Dispositio sumitur 1o pro praeparatione vel ad agendum vel ad patiendum, ut cum dicitur siccitas dispositio ad ignem. 2do pro situ, quo sensu sedens dicitur habere aliam dispositionem astantis. 3o. pro qualitate leviter inhaerente, qua res bene vel male se

 in ordine ad se, vel in ordine ad aliud.

Habitus et dispositio aliquando essentialiter disgruntur aliquando accidentaliter tantum.

Potentia et impotentia sunt facultates congenitae ad agendum vel resistendum.

Differunt inter se tantum accidentaliter, quod potentia sit vegeta, impotentia debilis sed eadem facultas.

Differunt ab habitu et dispositione, quod habitus et dispositio sint ad facilius agendum, potentia et impotentia ad agendum facilius et simpliciter.

Patibilis qualitas et passio sunt qualitates unico sensu externo perceptibiles.

Differunt inter se accidentaliter, quod patibilis qualitas habeat majorem durationem, passio minorem.

Forma et figura sunt terminus magnitudinis, idem dispositio partium quantitatis, ut circulus et quadrangulus.

Differunt tantum accidentaliter ratione subjecti, quia forma est in artefactis, figura in rebus naturalibus.

Appendix De sex aliis Praedicamentis.

Sex alia predicamenta sunt, actio, passio, ubi, quando, situs, et habitus.

Actio est id a quo agens denominatur formaliter agens.

Passio a quo denominatur formaliter patiens.

Hæc habent contraria, et suscipiunt magis et minus.

Ubi a quo res denominatur formaliter existens alicubi.

Non habet proprie contrarium: non suscipit magis et minus est fundamentum præsentiæ et distantiæ.

Quando id a quo res formaliter existens aliquando.

Non habet contrarium: non suscipit magis et minus: est fundamentum coexistentiæ et absentiæ.

Situs vel est naturalis: v.g. homini habere os sublime, vel præter naturalis ut homini sedere; vel violentus, ut habere pedes sursum.

Habitus est circumpositio corporis tegentis vel ornantis.

Ad habitum requiritur ut sit corpus: ut circumponatur alteri corpori: ut non sit pars habentis, ut habenti localiter non physice uniatur: deniq; ut est loco in locum deferri possit: talis est pileus.

Quæstio Decima Septima De Postprædicamentis

1.62 Nomine post praedicamentorum illiguntur quaedam affectiones categoriarum, quales sunt oppositio, modi prioris et posterioris, modi simul et modi habendi.

Articulus 1.us De oppositione.

Oppositio quatenus est distinctio unius ab alio.

Oppositio proprie est peculiaris duarum aut plurium terminorum repugnantia; ideoque oppositia proprie sunt ea, quae peculiarem habent repugnantiam, id est quae secum ita pugnant, ut cum aliis ex simili modo pugnent. Sic calor ita pugnat cum frigore, ut simili modo ex pugnet cum siccitate.

Oppositio duplex, simplex et complexa.

Simplex quadruplex est: contradictoria, privativa, contraria, et relativa, quia quadruplex est repugnantia; vel est enim repugnantia entis et non entis, vel entis et entis. Si entis et non entis, vel non entis simpliciter, tunque est contradictoria, vel non entis in subiecto apto, eoque privativa: si entis et entis vel entis absoluti eoque contraria, vel relativi, eoque relativa.

Posset fieri distributio immediatius, in oppositione positivam et negativam. negativa dividere etiam in contradictoriam et privativam. positiva in absolutam et relativam.

Contraria pprie sunt ea quae sub eodem genere posita sibi invicem expellunt ab eodem subto, nisi unum insit à natura: ut calor igni, frigus aquae. frigus quidem expellitur physice ab aqua sed moraliter, quia statim redit.

Contraria vel sunt immediata, quae medio carent, ut sanitas et morbus; convalescentia enim est quid medium inter morbum et sanitatem sed morbus levior: vel mediata quae habent medium: ut calor et frigus tepore.

Proprietates contrariorum sunt: 1o, quod immediatorum alterutrum insit subto capaci, ut sanitas vel morbus hoi; contra de mediatis, 2do, quod solum malum opponatur bono, malo vero opponatur bonum et malum, ut avaritiae liberalitas et prodigalitas. 3o, quod contrariorum in quantum contraria sunt, contrariae sint rationes et consecutiones; ~~oppos~~.

Oppositio relativa est duorum correlatorum repugnantia.

Oppositio privativa est formae et privationis.

Oppositio contradictoria est entis et non entis simpliciter.

Inter contradictoria non datur medium neque per participationem neque per negationem; haecque adeo maxime repugnant.

Articulus Secundus De modis prioris, Posterioris, simul, et habendi.

164 Unum dr alio prius quinq; modis tempore, ordine essendi, consecutione, natura et dignitate

Totidem modis dr posterius et simul.

Unum dr habere aliud multis modis: ut qualitatem v.g. sciam: ut quantitatem v.g. magnitudinem; ut vestimentum v.g. pileum; ut ornamentum v.g. annulum; ut partem v.g. manum; ut rem contentam in vase, v.g. amphorâ vinum; ut possessionem v.g. domum; ut vir uxorem ut uxor virum.

Primae Partis Logicae Finis

Pars Secunda Loæ
De
Secunda operaõe mentis
Artus Primus an Et
quid sit. —

Secunda mentis operaõ dr Enunciaõ propositio Et judicium.

Existit certo certius propositio.

Describtr oraõ affirmans vel negans unum de alio. quæ quidem definio õ ē accuratissima, quia õ fit per genus Et differa, sed per divisiõem Enunciaõis in affirmantem Et negantem,

Circa naam Enunciatioīs quæritr an sit actus simplex, an Compositus ex multis simplicibus apprehensionibus. de mentali Enunciaõe Loquimur, õ de vocali aut scriptâ quæ sunt multæ voces Et plures caracteres. —

Conclusio.

Enunciaõ mentalis ē actus formaliter simplex.

Probatr: Enunciaõ ē simplex cognitio repraesentans explicite copulam seu unionem subti et attributi; implicite vero subtum et praedicatum. Ergo ē actus simplex.

Est vero actus complexus praesuppositive quia praesupponit plures actus realiter distinctos, scilicet apprehensionem subti attributi et copulae.

Articulus Ultimus Cur, qualis, Et quotuplex sit Enunciaõ.

Eaedem sunt causae enunciationis quae operationis mentis gnatim.

Eius pprietates sunt oppositio aequipollentia, &c.

Enunciaõ vel ē necessaria vel contingens: vera, vel falsa,

Propositio iterum vel ē de praesenti, quae dicit objectum esse praesens vel ō, vel de praeterito, quae dicit obtum fuisse vel ō, vel de futuro quae dicit fore vel ō,

Propositio de praesenti ē mensura ppositionis de futuro et praeterito; ita ut si praesens sit necessaria vel contingens sit et ea de futuro vel praeterito contingens aut necessaria.

Proposio vera duplici modo est, determinate, et indeterminate.

Proposio vera determinate est ea, quae per se et seorsim ab omni distinctione vera est, quia eius objectum est determinatum: ut ista Judas tradidit Salvatorem. —

Ex autem vera est indeterminate tantum, quae vera est disjunctive solum, ceu ex vi disjunctionis; ut ista homo est videns vel caecus.

Celebris est quaestio in scola, an altera propositionum de futuro contingenti sit determinate vera, et altera contradictoria determinate falsa: N. g. ista, antichristus peccabit, sit determinate vera, et alia ista non peccabit sit determinate falsa.

Thomistis altera propositionum de futuro contingenti determinate vera non est et falsa, neutra determinate vera est et neutra determinate falsa, sed tantum indeterminate, quia neutra habet objectum determinatum futurum; vel enim inquiunt, objectum illud consideratur antecedenter ad sciam et voluntatem dei omnia physice praedefinientem, vel consequenter ad utramque: si antecedenter, objectum non est determinate futurum, quia sola dei scientia et voluntas rerum futuritionem determinat. Si consequenter, objectum determinatum jam non est futurum.

sed praesens realiter actualiter realiter aeternitati divinae. Ergo sub neutra consideratione objectum est determinate futurum vel non futurum.

Caeteris vulgo philosophis haec thomistarum sententia refellitur. falso quippe nitur, inquiunt, fundamento. supponit enim sciam et voluntatem dei omnia physice praedefinire: supponit etiam ea quae respectu nostri futura sunt realiter coexistere toti aeternitati: atqui utrumque falsum ostendunt in metaphisicis.

Conclusio

Altera propositio contradicentium de futuro contingenti determinate vera est.

Probatur: ut propositio de futuro contingenti sit determinate vera, satis est quod objectum illius sit determinate futurum, seu determinatum pro futuro. atqui objectum alterius propositionis contradicentium de futuro contingenti est determinate futurum; eo enim modo res futura, quo postea est praesens, quia praesens est mensura praeteriti et futuri. atqui futurum contingens postea est determinate praesens, sic scriptio heri futura jam est determinate praesens. Ergo &c.

Et uero ita se habet enunciatio ad ueritatem et falsitatem, utrum
ceu objectum illius adesse et o esse, ut post aliam tradunt omnes.
atqui nulla res est indifferens per instans reale ac temporis
adesse et o esse, nam inter esse et o esse nullum est medium. Ergo
nulla enunciatio per instans reale ac temporis indifferens est
ad ueritatem et falsitatem; proindeq; omnis enunciatio deter
minate uera uel determinate falsa. undeq; uel utraque
contradictoria de futuro contingenti determinate uera est, uel
utraq; determinate falsa, quod impossibile est, uel una
determinate uera est, et altera determinate falsa.

Obiect. 1o. determinatum et necessarium idem sunt ex pho.
atqui neutrius propositionum contradicentium de futuro contingenti
est necessario futurum. Ergo nec determinate futurum est.

Disquo mi: neutrius objectum est necessario futurum ex
necessitate antecedente liberam creatae uoluntatis
electionem, C: necessitate consequente liberam creatae
uoluntatis electionem, N. quamobrem neutrius propositionum
contradicentium de futuro contingenti objectum determinate
futurum est determinatione antecedente id est petita ab aliquo
antecedente liberam electionem et determinationem creatae uoluntatis.

atuero alterius objectum determinate futurum est determinatione consequente, id est petita ab electione et determinatione voluntatis; nam eo modo res est futura, quo postea praesens. atqui futurum contingens postea praesens est determinate determinatione consequente liberum voluntatis consensum; ergo eodem modo futura est. porro diligenter observandum est solam necessitatem antecedentem et determinationem officere libertati et contingentiae, non autem determinationem consequentem.

Instabis 1o: ut aliquid sit determinate futurum debet assignari causa istius determinationis. atqui nulla potest assignari praeter divinam scientiam et voluntatem. ergo nihil est determinate futurum etiam consequenter sine praescientia et voluntate dei.

Nego mi: et dico causam istius determinationis esse libertatem creatam, nam facultas sui determinatrix causa est determinationis propriae. atqui libertas creata est facultas sui determinatrix. ergo &c.

Instabis 2do: causa indifferens et indeterminata nequit esse causa determinationis: sic materia indifferens ad plures formas nequit esse causa determinationis ad unam. atqui libertas creata est indifferens et indeterminata. ergo &c.

Disgũo maj: caa indiferens indiferentiã passiuã, c: indiferentiã actiuã, n. indiferentia passiua ẽ ad recipiendum vel ō recipiendum: actiua ẽ ad agendum vel ō agendum positis ad agendum prærequisitis, adeoq; potest ẽ caa determinationis. indiferentia autem Libertatis ẽ actiua.

Instabis 3º: si Libertas creata ẽtt caa pprie determinaõis ō autem scia et voluntas dj determinaõ illa ẽt independens a deo. atqui determinatio creatæ voluntatis ō ẽ a deo independens, ōe enim ens creatum a deo dependet. Ergo &c.

Disgũo maj: illa determinatio foret independens, formaliter sumpta et quatenus ẽ determinatio creatæ voluntatis, c: determinaõ illa maaliter sumpta, idẽ res quæ ẽ determinaõ, n. porro ō ōe ens creatum desset pendere a deo formaliter sumptum, quia sub illa formalitate ẽ tantum effectus creaturæ, sufficit autem quod pendeat maaliter et secundum se; determinatio autem creaturæ pendet maaliter a deo, quia realiter identificatur cum operaõe dej concurrentis.

Obiec 2do: quod a deo præscitur et prænunciatur ut determinatur futurum, necessaõ futurum ẽ.. atqui futurum contingens a deo præscitur et pronunciatur, sic tradiõ judæ. Ergo futurum

contingens necessaõ futurum ē.

Disquo maj: quod a deo præscitr necessaõ futurum ē necessitate consequente liberam voluntatis electionem, C: antecedente illam, N. Sciēt præscientia dei consequitr, ō antecedit contingentia libera; nam auctore boëtio, se habet præscientia futurorum in deo, sicut visio præsentium in nobis. atqui visio præsentium in nobis consequitr, ō antecedit præsentiam, ut admittunt oēs. ergo præscientia futurorum pariter consequitr futura contingentia. atque his sublatis oīo tolleretr illorum præscientia in deo, deus enim ea ō præsciscet, nisi futura essent, et ideo deus ea præscivit quia futura sunt. Unde futura contingentia instanti virtuali et raõs priora sunt ipsa dei præscientiâ, quia sunt eius veluti caa.

Instabis jo. Sciā artificis ē caa oīum artefactorum, et his prior ē saltem virtualiter. atqui Sciā dei comparatr ad creaturas, ut Sciā ~~ad~~ artificis ad artefacta. ergo ē earum caa. unde futuræ res ideo futuræ sunt quia a deo præsciuntr, ō autem præsciuntr quia futuræ sunt.

Disquo maj: Sciā artificis ē caa oīum artefactorum, Sciā practica, C: speculativa, N. Equidem Sciā practica

artificis, id est quae tradit modos possibiles operis faciendi, est causa artefactorum; at scientia speculativa quae repraesentat opus, ut factum, aut faciendum, non est causa artefactorum; consequitur enim non antecedit artefacta. quamobrem scientia practica in deo quae cognoscit res possibiles ut possibiles, est causa omnium creaturarum, non autem speculativa, quae repraesentat creaturas ut praesentes, praeteritas, aut futuras; eas enim consequitur non antecedit. jor scientia dr a theologis simplicis illigentiae; posterior vero scientia visionis.

Instabis 2do: ex datâ responsione sequitur saltem aliquam dei scientiam minimum simplicis illigentiae esse causam artefactorum, ac proinde futurorum contingentium.

Disquo: et haec scientia nullam infert necessitatem futuris contingentibus, C: et infert necessitatem aliquam, n. quamobrem nulla scientia in deo noxia est libertati creatae; nam ea scientia nullatenus noxia est creatae libertati, quae vel nullam omnino, vel consequentem tantum, infert necessitatem rebus ut existant; atqui scientia dei vel nullam omnino, sibi simplicis illigentiae vel consequentem; solum; sibi scientia visionis, necessitatem infert rebus ut existant, nullam quidem infert scientiam simplicis illigentiae,

174 quia respicit res ut possibiles, ō ut existentes; sciā veronisionis
infert tantum necessitatem consequentem, quia consequitur,
ō antecedit praesentia, praeterita et futura. Ergo &c. —

Ex Dictis constat omnem omnino propositionem esse determinate veram
vel determinate falsam. nunc difficultas est utrum eadem
propositio vera simul et falsa esse possit; sunt enim quaedam
propositiones quae ō possunt esse verae, quin etiam videantur
falsae, dicuntur falsificantes et insolubiles: v.g. sequens
propositio. Ego falsum dico prolata ab eo qui nihil aliud cogitat.
nam si vera est haec propositio, falsum dicit, et si falsum dicit
vera ō est propositio sed falsa: plures aliae propositiones falsifi
cantes afferri solent pro variis hypotesibus: supponatur
enim v.g. petrus ponti praepositus ea lege ut falsa renunciantes
in fluvium projiciat et accedat paulus dicens petre tu me dejicies
in fluvium, haec propositio nequit esse vera quin sit falsa, nam si
vera est ō est deiiciendus paulus in fluvium, et si ōe dejiciendus
in fluvium falsa est propositio quia dicit dejiciendum in fluvium.
supponatur pariter se novisse se tamdiu jejunaturum quamdiu sit
falsum ab aliquo ei nunciatum, et occurrat ei paulus dicens
petre satis jejunasti, haec propositio nequit esse vera quin sit falsa,

si enim vera est mundum satis petrus ejugasset, quia
ei mundum renunciatum falsum.

Secunda Conclusio

Eadem propositio potest esse vera et falsa diverso sensu, vera
practice, falsa speculative, vel econtra.

Probatur: allatae supra propositiones sunt conformes et diformes obiecto suo
diversimode considerato; practicae enim verae sunt quatenus faciunt
id quod significant: et speculativae falsae sunt quia non supponunt obiectum
quod propositio speculativa debet supponere ergo &c.

Quaeritur jam utrum propositio semel vera possit esse falsa. de
propositione vocali aut scripta, nulla est difficultas ponunt enim de veris
fieri falsae, et de falsis verae, pro diverso instanti.

Tertia Conclusio.

Propositio modalis de vera in falsam transire non potest, aut econtra.

Probatur: non posset fieri de vera in falsam nisi mutaret repraesentationem obiecti. atqui eadem propositio non potest mutare repraesentationem obiecti
quia repraesentatio obiecti est vivus essentia quam a deo mutare non potest nisi
mutaretur essentia. ergo &c.

Obiicies: enunciatio mentalis repraesentans petrum currentem
instanti, b, ita ut currat jo instanti a, 20. atqui in ea hypothesi propositio
vera erit in jo instanti, et in 20, falsa; ergo &c.

176.

Nego maj: eandem ppositionem mentalem o posse repraesentare petrum ut currentem in instanti a, Et postea o currentem in instanti b, Licet per duo illa instantia, aut etiam plura duret, quia referetur semper ad illud instans in quo efformata e ppositio illa mentalis, cuius proinde instantis repraesentationem eandem servabit, sibit eadem ppositio; si enim varietur repraesentatio, variatur et ppositio.

Secundae Partis

Logicae Finis

Pars Tertia Logicæ De Tertiâ mentis operaõe.

Quæstio 1ª De Tertia mentis operaõe gñatim sumptâ.

Arsus primus, an Et quid sit.

Tertia mentis operatio uocatr argumentatio, raciocinatio, illaõ, Et discursus.

Existit tertia mentis operaõ; tertia uim mentis operaõ nihil aliud ē, quam transitus ab unâ cognioē ad aliam, á minus perspicuâ ad magis perspicuam. atqui datr transitus ab unâ cognioē ad aliam, á cognioē effectus ad cognioēm caõe, uel econtra; nam ubi terminorum identitas Et distinctio, ō ē per se uidens illectuj, tunc illectus debet illos terminos ad tertios comparare, quo medio innotescat illorum identitas uel distinctio.

1.78 Ergo existit tertia mentis operatio.

Tertia mentis operatio bene definitur oratio inferens unum ex alio; est enim argumentatio judicium consequentis ut consequens est, et se habet ad consequens ut electio ad medium; quemadmodum igitur electio versatur circa medium ut proprium objectum, et circa finem ut proprium, id est circa medium relative ad finem: ita argumentatio versatur circa consequens ut suum objectum, et circa antecedens ut suum principium, id circa consequens relative ad antecedens.

Ex quo illigitur, ad discursum seu ad argumentationem proprie dictam seu causalem duas conditiones essentialiter requiri: ja est ut sint plures cognitiones plura realiter judicia ab invicem distincta cujus conditionis defectu non est discursus proprie dictus in deo, quia in eo non sunt plures cognitiones realiter ab invicem distinctae: 2a, ut distinctarum cognitionum una sit causa alterius, ~~ab~~ una ab alia dependeat licet enim plures sint in illectu cognitiones realiter distinctae, si tamen una non est alterius ~~causa~~, non est discursus proprie dictus sed improprie tantum seu successivus cujus conditionis defectu non est discursus proprie dictus in angelo circa res naturales, nam licet in angelo plures sint cognitiones realiter distinctae de rebus naturalibus. una tamen non est causa alterius, quia res naturales inter se connexas una et

et simplici cognitione cognoscit; res vero ō conversas distinctis naturalis cognitionibus apprehendit sed absq; ullo nexu causalitatis inter varias illas cognitiones, nexus ē inter cognitiones supponit nexum inter res seu objecta.

Obiiciens deus et angelus cognoscunt res naturales eo modo quo sunt: atqui effectus naturales sunt per causas. ergo deus et angelus cognoscunt res naturales per causas.

Disgno maj: deus et angelus cognoscunt res naturales eo modo quo sunt modo se tenente ex parte rerum seu objectorum; c. modo se tenente ex parte cognoscentis, n. deus itaq; et angelus cognoscunt effectus naturales eo modo quo sunt eo, inquam, modo se tenente ex parte illorum effectuum id ē cognoscunt illos effectus ee per causas et a causis pendere; ō cognoscunt a eo modo quo sunt se tenente ex parte cognoscentis seu cognitionis, id ē licet effectus illi sint per causas et ab illis dependeant, cognitio tamen illorum effectuum, ō ē per cognitionem causarum, nec pendet ab illa quia una ē et eadem causarum et effectuum cognitio; quemadmodum v.g. deus res finitas infinito modo

Cognoscit, illectus res materiales immaterialis modo: sic deus et angelus effectus dependentes a causis cognoscunt modo independenti: porro circa cognitionem quae in discursu vocatur antecedens, quaeque in causa alterius quae vocatur consequens nonnulla quaeruntur. &c.

Prima Clus.

Cognitio antecedens est causa, et conditio physica ad cognitionem consequentem.

Probatur: unus actus illectus est causa alterius: atqui cognitio antecedens se habet ad consequentem ut unus actus illectus ad alium, unum judicium ad aliud; ergo cognitio antecedens est causa physica consequentis.

hoc idem est

Est vero conditio physica, nam conditio physica et realiter praerequisita est conditio physica: sic approximatio ligni ad ignem est conditio physica ad calefaciendum et comburendum: atqui cognitio antecedens est conditio physica praerequisita ad consequentem, quemadmodum apprehensio praedicati subiecti et copulae ad enunciationem: ergo cognitio antecedens est conditio physica ad consequentem.

Cognitio antecedens, est causa sed cognitio physica ad cognitionem consequentem.

Probatur: unus actus illectus est causa physica alterius: atqui cognitio antecedens se habet ad consequentem ut unus actus illectus ad alium, unum judicium ad aliud: ergo cognitio antecedens est causa physica consequentis.

quod illud

Est vero conditio physica, nam conditio physica et realiter praerequisita est conditio physica; sic approximatio ligni ad ignem est conditio physica ad calefaciendum et comburendum.

atqui cognitio antecedens est conditio physicae praerequisita ad consequentem, quemadmodum apprehensio praedicati, subjecti, et copulae ad enunciationem. Ergo cognitio antecedens est conditio physica ad consequentem.

Secunda Concluo

Cognitio antecedens per se necessario est tempore prior consequente.

Probatur: in creatis causa per se et necessario est prior tempore suo effectu, ut constat de sole respectu luminis. atqui cognitio antecedens se habet ad consequentem ut causa et conditio physica. Ergo per se et necessario, est tempore prior consequenti, sed non solum.

Ut plurimum tamen tempore prior est: nam ea cognitio per accidens tempore prior est alia quae ob intellectus cognoscentis imbecillitatem prior est alia. atqui cognitio antecedens ut plurimum ob intellectus humani imbecillitatem tempore prior est consequenti. Ergo cognitio antecedens per accidens et ut plurimum tempore prior est consequenti.

Tertia Concluo.

Cognitio antecedens necessitat intellectum ad eliciendam cognitionem

 Consequentem.

Probtr: ultima Conditio ad agendum praerequisita necessitat facultatem quae libera ō ē ad agendum: sic ultima Conditio necessitat visum ad videndum. atqui Cognio antecedens ē ultima conditio ad Consequentem, jllectus vero ō ē facultas libera ad agendum ut dicetr in moralibus. Ergo Cognio antecedens necessitat jllectum ad cognioem Consequentem. necessitat vero Et quoad speciem actus, id ē ad assentiendum potius quam dissentiendum, vel econtra. necessitat Etiam quoad exercitium id ē ad hic Et nunc assentiendum potius quam ē assentiendum, vel econtra. —

Artus 2dus. Cur, qualis Et quotuplex sit Tertia mentis operaō.

Argumentaōis haedem sunt caae quae operaois mentis gnatim.

pprietates sunt quod á noto procedat ad ignotum ō quidem simpliter sed comparativé, id ē minus notum.

Argumentaō vel ē sillogus, vel Entimema vel inductio vel sorites Cen gradatio, vel exemplum vel dilemma de quibus jn logicae compendio.

Quaestio 2da De Sillogo-

Artus primus an, quid, et cursit.

Sillogus existit, nam vi sui nomen illigitur perfecta argumentatio constans tribus terminis et tribus propositionibus: atqui existit talis argumentatio; ergo &c.

Sillogus bene definitur oratio in qua quibusdam positis aliud quid a positis necessario sequitur eo quod haec sint

Finis sillogi est conclusio seu illatio minus noti ex notiori.

Causa efficiens, humanus illectus.

Causa materialis ex qua, tres termini et tres propositiones.

Causa formalis est dispositio trium terminorum et trium propositionum de quibus hic paucis agendum.

Sillogi materia similiter sunt tres termini et tres propositiones ex quibus constat: termini quidem materia remota; propositiones vero materia proxima.

Tres illi termini sunt majus extremum, minus extremum et medium.

Maius extremum est ille terminus qui praedicatur in con-

184 Conclusio directa.

Minus extremum est ille terminus qui subiicitur in conclusione directa.

Medium est ille terminus qui subiicitur aut praedicatur de alterutro extremo in praemissis, dicitur medium quia eo mediante probatur conclusio.

Conclusio directa est in qua extrema servant bandem rationem et ordinem praedicati et subiecti quem habuerunt in praemissis.

Indirecta vero, in qua habent contrariam rationem. quoniam directa et indirecta clusio confundenda non est cum propositione directa aut indirecta. directa enim propositio est ea in qua inferior de superiori, forma de subiecto praedicatur, indirecta autem est econtra.

Ex quo sequuntur quaedam diligenter observanda esse. 1o, in secunda et 3a, figura nullam esse directam aut indirectam conclusionem: quia extrema illius neque bandem, neque contrariam rationem subiecti et praedicati habere possunt; in secunda autem figura utrumque extremum subiicitur, et in 3a, utrumque praedicatur; in quanis autem conclusione necesse est alterum extremum subiici et alterum praedicari.

Secundo in 2da et 3a, figurâ est quidem duo extrema, neutrum tamen est per se majus aut minus altero: quia in iis figuris nulla est conclusio directa.

Tertio in quinq; modis indirectis jæ figuræ bum terminum est majus extremum qui subjicitur in conclusione, bum vero est minus extremum qui in eâ prædicatur, quia conclusio modorum indirectorum semper indirecta est.

Quarto modos directos et indirectos sillogismorum necessarium pertinere ad unam et eandem figuram, quia in iis eadem est semper dispositio medij cum extremis, nec nisi conclusione differunt quæ in illis directa est, in illis indirecta. Unde nullam esse quartam sillogismorum figuram demonstrabimus postea.

Propositiones autem ex quibus constat sillogismus sunt major, ~~minor~~ quæ etiam propositio simpliciter dicitur. minor quæ et dicitur assumptio et conclusio.

maior ea est quæ continet majus extremum cum medio, quocunq; tandem loco ponatur.

minor est quæ continet minus extremum cum medio, quocunq; tandem loco ponatur.

Conclusio quæ continet utrumq; extremum, quæq; vocatur

1.86. quaestio antequam sit probata, conclusio autem comprobata est.

Syllogi forma est dispositio terminorum, et propositionum dispositio. dispositio quidem terminorum forma remota seu figura. dispositionem propositionum forma proxima seu modus vocatur vocatur.

Difficultas est quotuplex sit figura syllogorum, galenus enim et alij non nulli, quatuor statuunt, aristoteles vero et caeteri tres enumerabat.

Conclusio.

Tres sunt duntaxat syllogorum figurae.

Probatur: totuplex est figura syllogi quotuplex dispositio medij cum duobus extremis: atqui tripliciter est tantum dispositio medij cum duobus extremis; vel enim medium ita disponitur, ut subiiciatur majori extremo et praedicetur de minori; et est 1a figura: vel ita ut de uno quoque extremo praedicetur et est 2da: vel ita ut utriq; subiiciatur, et est 3a.

Et certe ideo statuerentur quarta figura syllogi, vel quia transpositio praemissarum distinctam constitueret figuram, ut quibusdam videtur: vel quia modi directi constituerent distinctam a 1a. ut aliis placet. atqui neq; transpositio propositionum

neq; modi indirecti constituunt distinctam figuram à jâ, ō quidem transposiō ppositionum, licet enim hæc constituat distinctum modum ō facit tm̄ distinctam figuram, figura enim ō ē dispositiō ppositionum sed medij cum extremis, ō etiam quinq; modi indirecti, modi enim directi et indirecti spectant ad unam et eandem figuram; habent enim unam et eandem dispositiōem medij cum extremis. Ergo tres sunt duxat, ō nevo quatuor sillogorum figuræ.

Artus secundus qualis et quotuplex sit sillogus.

Proprietates sillogi sunt illius regulæ et præcepta. regulæ autem sillogorum vel sunt cōnes oībus figuris vel singulis ppriæ.

Prima et communissima regula artis syllogisticæ ea ē, ut sint tres tantum termini: nam in hoc maxē posita ē nāa sillogi. quare removenda ē oīs ambiguitas, vel æquivocaō, et eadem ubiq; servanda ē termini suppositio, aut ampliaō, aut restrictio: secus enim tres quidem erunt termini, si voces tantum spectentr, sed plures erunt, si

188 si sensus rao habeatr. Unde ille sillogus ob homonimiam o concludit.

omnis canis latrat; atqui constellatio cœlestis e canis; ergo constellatio cœlestis latrat.

Quatuor enim sunt termini; cum nox illa, canis, sit æquivoca, et duplicem habeat illectum, aut sensum.

Quocirca ut unica e adhibenda comis mensura, ut judicemus an duæ res sint æquales, vel inæquales; sic item medium e adhibendum ut cognoscamus an extrema conclusionis conjungi debeant aut separari.

Secunda regula in hoc posita e, ut medius terminus in alterutra præmissa secundum omnem suam latitudinem accipiatr, ceu, ut loquntr, oio distribuatr. nam si o sumitr universaliter in aliqua præmissarum, jam o unius termini, sed duplicis habebit rarem, et quasi in diversas partes divisus extrema ipsa o conjunget. unde sillogus ille vitiosus e.

oe aal fuit in arca noe;
atqui petrus e aal; ergo petrus fuit in arca noe.

nusquam enim aal sumitr distributive, ceu in omni suâ latitudine.

Tertia, terminus o distributus, sive o ursalite sumptus in praemissis, o debet sumi ursalite in conclusione. rao e, quia ex particulari ad ursale, ex parte ad totum nulla e consecutio: unde iste sillogismus vitiosus e.

omne animal e vivens;
atqui omne aal e substantia;
Ergo oia substantia e vivens.

Terminus enim, substantia, in conclusione gralite accipitr, qui o distributus fuit in minori: illud observatu dignum videtr in ppositione ursali, et negante distribui tum subtum, tum attributum; in particulari affirmante neutrum, in ursali affirmante subtum, o attributum; in particulari negante attributum o subtum distribui aut poenes oem suam extensione sumi. exempli g. in illâ ppositione, nullum vitium e laudabile, uterq; terminus et subtum et attributum in oi suâ latitudine accipitr. in illâ vero, oia virtus e laudabilis virtus quidem distributive accipitr, et nulla excipitr, o item laudabilis, in illâ

190. autem, aliquod nitium ō ē utile attributum distribuitur, ō item subtus.

Nam in ppositione affirmante attributum, secundum id ōe quod in idea sua aut conceptu comprehendit, sed ō in oī sua extensione accipitur: ut si dixeris, ōis circulus ē figura, quidquid figurae idea aut ratio complectitur, id de circulo dr, quod nimirum sit quid termino, aut terminis circumscriptum: haec enim ē figurae notio. sed ō sumitur figura in oī sua latitudine: nam latius patet, quam circulus. itaq; in hac ppositione attributum per subtum restringitur; et tantum patet, quantum subtum ipsum.

Sed diversa ē negantis ppositionis ratio: ut nullus circulus ē quadratum: tum enim attributum sumitur in oī sua latitudine; adeo ut nullum quoq; quadratum circulus ē poit. sed attributum ō accipitur secundum oem ideae suae comprehensione: ita ut oa quadrati attributa de circulo neganda sint. nam circulus ē quadratum in figurae idea, vel notione conveniunt.

Ratio triplicis huius regulae hinc repetitur, quod oīs artis sillogisticae hoc sit vel ut fundamentum; quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. nam majoris et minoris extremi;

Cohaesio ex utriusq; cum medio termino societate colligitur. quod si
itaq; pars una medij in majore propositione, in minore vero pars
illius altera sumatur, jam ô nunc a conclusione utriusq;
extremi vinculum futurum est, nec minus tribus á deo, sed
quatuor terminis constabit sillogus: unde hic sillogus vitiosus
erit.

omnis circulus est figura;
atqui omne triangulum est figura;
ergo omne triangulum est circulus.

Nam medium nusquam distribuitur: cum in primâ propositione,
pro certo figurae genere, quae unicâ lineâ, eâq; curvâ clauditur.
in secundâ pro alio genere figurae tribus lineis comprehensae
accipiatur. quare ô unius, sed duplicis termini munus obit, nec conclusione
utriusq; extremi vinculum esse potest.

Quarta ex puris particularibus nihil concluditur; sillogus
enim tres tantum admittit terminos: in eo vero sillogo, qui
constat ex puris particularibus, quatuor sunt termini; nam
medius qui unus videtur, vero duplex est, quod si ergo conclusio
forte vera sit, id per accidens ratione materiae, ô ni fore evenit,

192 nam ubi vera est sillogismi forma, tunc consecutio semper vera est, et ex accidentibus

Et tenaces, quod ex exemplis fiet apertius.

quaedam substantia est lapis;

atqui quoddam animal est substantia;

Ergo quoddam animal est lapis.

quoddam animal est vivens;

atqui quidam homo est animal;

Ergo quidam homo est vivens:

Ubi utriusque sillogismi forma vitiosa est ob rationes allatas.

Quinta, et concluditur ex puris negantibus.

Ratio obscura esse et potest, cum in propositionibus negantibus

extrema separentur a medio: ex eo vero, quod duo quaedam sint

ab uno tertio secreta, et hinc sequitur, ea vel ~~vel~~ juncta esse

inter se, vel divisa. ex hoc sillogismo id fiet manifestum.

nullus lapis est homo;

sed nullum animal est lapis;

Ergo nullum animal est homo;

Sexta, conclusio sequitur deteriorem partem, id est si praemissarum

altera sit particularis, conclusio est particularis, si altera sit negans

Conclusio negans quoq; futura est. particularis enim, ut ita loquar, deterior est universali; quia totum melius est sua parte. Simili ratione negatio censetur esse deterior affirmatione, quia divisione melior est compositio. ratio autem istius regulae haec est, quod extrema sint magis inter se conjuncta in confusione, quam cum medio in praemissis consocientur: accedit etiam ~~in~~ effectum integrum procedere non posse, nisi a causa integra, et adequata. Sed praesto sunt exempla, quibus res ipsa magis illustratur.

omne animal est vivens;

atqui quaedam substantia est animal;

ergo quaedam substantia est vivens.

nullum animal est lapis;

atqui omnis homo est animal;

ergo nullus homo est lapis;

Cavendum porro ne inter disserendum propositio infinita affirmans accipiatur pro negante. Conclusiones v.g. Sillogismorum qui sequuntur, sunt affirmantes, atq; ex praemissis infinitis et affirmantibus, quae ja fronte videri possunt negantes, ducuntur, ut, stellae, quae non scintillant, eaedem sunt terrae propiores,

atqui planetæ ō scintillant;

Ergo sunt terræ propiores.

qui ō colit parentes, is ō diu vivit;

atqui filius ingratus ō colit parentes;

Ergo filius ingratus ō diu vivit.

Palam ē, in utroq; sillogo ppositionem ēē affirmantem: negatio enim efficit ppositionem infinitam, ō negantem.

Sunt igitur ppositiones quæ videntur negantes cum revera sint affirmantes, ut in hoc sillogo.

quod ō ē al ō ē hōō;

atqui lapis ō ē aal,

Ergo lapis ō ē hōō.

Prima ppositio æquivalet affirmanti; huic nimirum, ōis hōō ē aal.

Qda itidem ē affirmans: nempe lapis ē corpus quod ō ē aal.

Quod pertinet ad leges singulis figuris ppriæ.

Prima figura duplici fundamento innititur. utrumq; his vocibus ex primi solet, dici de oi et dici de nullo. illud clarius effertur, quod convenit superiori, convenit inferiori. aut quod eodem

Eodem recidit, quod convenit attributo, id convenit quoq; subto, quod tribuitur viventi, id aali tribui debet.

Alterum est dici de nullo, quod hunc habet illectum quod repugnat superiori, idem repugnat inferiori. repugnat spiritui quod sit corruptibilis, idem quoq; aae rali repugnet necesse est.

Primum itaq; fundentum ad sillogos pertinet, et aliis verbis propori solet: Cum majus extremum, seu attributum convenit medio, et medium minori extremo; tum majus extremum minori quoq; conveniet

Secundum in negantibus sillogis obtinet: Cum majus extremum repugnat medio, et medium convenit minori extremo; tum majus extremum, seu attributum minori quoq; repugnat; ut;

nullus spiritus est corruptibilis;

atqui omis aa rali est spiritus;

Ergo nulla aa rali est corruptibilis.

hinc duae regulae jae figurae oriuntur. ja est, in modis directis jae figurae, major sit universalis. Unde nitiosus est hic sillogus,

quaedam substantia est aal;

atqui omis lapis est substantia;

Ergo quidam lapis est aal.

1.95. Rao huius regulae haec est quod medius terminus nusquam distribuatur; ergo in majori, cum sit particularis; ergo in minori, ubi est attributum propositionis affirmantis.

In modis indirectis, ut in Frizezomorum, ex majore particulari recte concludi potest hoc modo.

quoddam animal est substantia;

atqui nullus lapis est animal;

Ergo quaedam substantia ergo est lapis.

Cum enim minor propositio sit universalis et negans, medius terminus in ea distribuitur.

Secunda regula in modis directis haec est, ex minore negante nihil concluditur. ratio huius regulae haec est quod si minor propositio sit negans, major erit affirmans; tunc attributum sumetur particularitate, et ergo distribuetur. Cum in conclusione, quae negans futura est, idem attributum distribuatur. Et tunc ex regula generali nullus terminus sumi debet universalius, in conclusione, quam in praemissis. res ipsa exemplo fiet illustrior.

ergo animal est substantia: ergo

atqui nullus lapis est animal;

Ergo nullus lapis est substantia.

Conclusio est falsa, quod substantia in ea distribuatur, cum suppositio negans, et ideo distribuitur in majore propositione idem sumitur per omnem suam extensionem, isquidem syllogismus videtur legitimus;

omne animal est sentiens;

atqui nullus lapis est animal;

ergo nullus lapis est sentiens;

Haec utique forma syllogismi per accidens est bona quod sentiens convertatur cum animali et sit terminus reciprocus, sed per se non est legitima: nam in qualibet materia non valet.

In modis indirectis, fapesmo, et frizezomorum, ea regula vim suam non obtinet, nam in his majus extremum, quod est subtum conclusionis particularis, non sumitur universalius in conclusione, quam in majori propositione.:.

Cum, in 2da figura conclusio sit semper negans, ea uno duntaxat fundamento subnixa est, duae res non sunt quid unum et idem, cum nisi aliquid convenit, quod alteri non convenit. aliis vocibus efferri solet. sublato consequente tollitur antecedens, hoc est sublato termino qui ex alio infertur, simul et tollitur terminus ex quo infertur; sublato animali; homo tollitur;

Hinc duae oriuntur regulae: prior est. ex utraque praemissa affirmante in 2da figura nihil concluditur. unde nitiosus est ille

Syllogus.

Omne animal est substantia;

atqui omnis lapis est substantia;

Ergo omnis lapis est animal.

Defectus huius syllogi, in hoc positus est, quod medius terminus nusquam distribuatur: nam attributum propositionis affirmantis per se non distribuitur.

Secunda regula haec est; ex majore particulari nihil concluditur. hinc vitiosus est ille syllogus.

Quaedam substantia est animal;

nullus lapis est animal;

Ergo quidam lapis non est substantia.

Vitium huius syllogi minime obscurum est: nam majus extremum, nempe substantia, in majori propositione sumitur particulariter, in conclusione universaliter, distribuitur enim in conclusione, non item in majore.

Duo sunt 3ae figurae fundenta; unum affirmantibus, alterum negantibus syllogis inservit.

Primum est eiusmodi: Cum duo attributa eidem subiecto conveniunt, aliquando etiam inter se conveniunt; ut

Omne lac est album;

atqui omne lac est dulce;

Ergo aliquod dulce est album;

Duero fundentur diversum est ab eo, quo omnes syllogismi affirmantes punitentur; licet eisdem verbis efferri soleat; quae sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. tunq; est verum; ubi extrema conjunguntur, cum aliquo tertio adequate secus fallit, hinc vitiosus est ille syllogismus.

Pater est Deus;

atqui filius est deus;

Ergo filius est pater.

Nam deus qui est medius terminus, est humiliter adequate, tum pro natura divina, tum pro personis.

Alterum fundamentum 3ae figurae pertinet ad syllogismos negantes:

Cum ex duobus attributis unum convenit subiecto, alterum non convenit, eadem inter se aliquando non conveniunt. ut;

Aliquod quadrilaterum non est quadratum;

atqui omne quadrilaterum est figura;

Ergo aliqua figura non est quadratum.

2.00. Hinc duae eruntur regulae. ja; nulla conclusio in tertia figura est universalis; unde hic syllogismus vitiosus est.

Omne animal est vivens;

atqui omne animal est substantia;

Ergo omnis substantia est vivens.

Vitium in hoc positum est, quod substantia quae in conclusione distribuitur, in minore propositione non fuerit distributa; est enim attributum propositionis affirmantis.

Secunda regula, ex minori negante nihil concluditur, ut;

Omne triangulum est figura;

atqui nullum triangulum est circulus;

Ergo aliquis circulus non est figura.

Illud manifestum est, majus extremum, nempe figuram, in conclusione distribui, cum ea sit negans: cum tamen in praemissis non sit distributum, quod pugnat cum regula generali.

Illud a nonnullis observatum omitti non debet, syllogismum interdum esse bonum ratione materiae, cum omnes propositiones vivae veraeque; aliquando ratione formae et per se, cuius forma in qualibet materia vim habet, et regulis logicae est consentanea: nonnunquam

bonum est ratio formae sed per accidens: cum ea certe materiae applicatur, sed non ubique; et in qualunque materia valet.

Syllogismus dividitur in universalem, cuius conclusio est universalis, et particularem, cuius conclusio est particularis; adde et singularem, cujus conclusio est singularis. hic autem dicitur expositorius, quod sit apertissimus. Et si quae sit obscuritas in syllogismo universali, hanc syllogismus singularis tollit, eandem vim habet, et eodem modo concludit atque universalis, huius generis syllogismi in matematicis frequenter occurrunt.

Dividitur praeterea in demonstrativum, seu apodicticum, topicum sive probabilem, et sophisticum sive fallacem.

Syllogismus demonstrativus, qui uno nomine dicitur demonstratio, est syllogismus qui parit scientiam.

Sed demonstratio duplex statui solet, una propter quid; altera dicitur quia. demonstratio propter quid ea est, in qua demonstratur per propriam causam, et quoniam causa prior est effectu, id circa vocatur haec demonstratio a priori, ut si demonstres risivum per rationale, hoc modo;

omne rationale est risivum;

atqui oīs hoō ē rāalis;

Ergo oīs hoō ē risiuus.

Demonstrāo quia, ea ē in qua demonstrātr caā per effectum, cumq; effectus oīs posterior sit suâ caā, id circo demonstrāo uocātr à posteriore; ut si demonstres rāale per risiuum hoc modo.

Oē risiuum ē rāale;

atqui oīs hoō ē risiuus;

Ergo oīs hoō ē rāalis.

Syllogūs topicus qui uocātr aliquando syllogūs dialecticus, et uno uerbo opiniāo, ē syllogus constans probabilibus, uel syllogūs qui opiniōem tantum efficit. hic autem duplex disqui potest, unus in quo ambæ præmissæ sunt probabiles, alter in quo præmissarum una ē probabilis, altera necessaā, ut patet ex sequentibus exemplis.

Quod uoluptatem affert, ō ē contemnendum;

atqui diuitiæ uoluptatem afferunt;

Ergo diuitiæ ō sunt contemnendæ.

Oīs hoō ē rāalis;

atqui hercules pictus ē hoō;

Syllogismus Sophisticus, quique uno nomine Sophisma dicitur, est syllogus qui est fallax, specie quidem veris componitur, vel syllogus qui figuit errorem. Sed hic quoque duplex; unus qui dicitur Pseudografus, seu paralogismus, alter qui servato generis nomine dicitur Sophisticus.

Pseudografus, seu paralogismus ipse est, qui mentitur demonstrationem, sive cujus propositiones prima fronte non solum videntur veræ, sed etiam necessariæ, cum tamen sint falsæ, ut,

Quod est magis naturale, id melius quoque existit;
Atqui matrimonium celebratum est magis naturale;
Ergo et melius. — — — — — — — —

Sophisticus Speciatim ipse est, qui mentitur opinationem, sive cujus propositiones apparent probabiles, cum tamen sint omnino falsæ, ut;

Quod probatur pluribus, idem est melius;
Atqui fallere in mercatura probatur pluribus;
Ergo id melius quoque est judicandum.

Syllogus iterum vel est simplex vel compositus, seu complexus et conjunctus; simplex qui constat tribus propositionibus simplicibus; complexus, qui habet unam vel plures propositiones; complexas;

Syllogus complexus, seu conjunctus hic dicitur, cujus vis pendet ex conjunctione propositionis complexae: nam major propositio jam complectitur propositionem atque hujus generis syllogi longe sunt in congressibus hominum, ac sermonibus frequentiores, quam ii de quibus jam egimus, syllogi simplices, qui perrearo, nec vere usquam, nisi in scolarum exercitationibus usurpantur.

Cum autem major propositio sit vel copulativa, vel disjunctiva, vel hypothetica; hinc triplex nulgo statuitur syllogus complexus, nempe copulativus, disjunctivus, et conditionalis. nam ex propositione causali velut ex parte nullus syllogus conficitur; cum ipsa sit verus et satis expressus syllogus, aut facillime ex ea confici possit: ut, lapis cadit, quia est gravis; accendit ignis quia levis.

Syllogus copulativus iste, cujus vis pendet ex conjunctione propositionis copulativae, sive in quo major propositio

ē copulativa cuius quidem majoris, ut removeatur pars una in conclusione, ponitur altera in minore, pars unica asseritur, ut tollatur altera, hinc conclusio semper ē negans, ut in hoc syllogo.

Nemo potest servire deo, et mammone seu pecuniae;
atqui avarus pecuniae suae servit eique addictus ē;
Ergo dei servus ē ō potest. ~ ~ ~ ~ ~ ~ ~

Conclusio nulla ē cum affirmat: hoc ē, cum pars tollitur, ut altera asseratur, ut in hoc syllogo;

Nemo servit deo, et pecuniae additus ē;
atqui prodigus suae pecuniae ō ē addictus;
Ergo deo servit. ~

Syllogus disjunctivus ē, cujus vis pendet ex propositione disjunctivâ, vel, aut, et aliâ simili; fitq; is syllogus cum una pars hujus propositionis aut asseritur in minore, ut altera amoveatur in conclusione, ut,

Et aliquod video, vel ē homo, vel bellua;
atqui ē homo;
Ergo ō bellua.

Vel cum amovetur una in minore, ut asseratur altera in conclusione.

quae argumentatio est magis usitata et naturalis; ut,

Omnes improbi aut in hac vita sunt puniendi aut in altera;

Atqui in hac vita non puniuntur improbi; ~~

Ergo improbi in altera puniuntur. ~~~~

Interdum tripartita est major propositio, tumque duae partes tolluntur, ut tertia sit reliqua, ut

Aut dies est, aut nox, aut crepusculum;

Atqui non est dies, neque crepusculum;

Ergo nox est. ~~~~~~~~~~

Huius syllogismi disjunctivi, tota vis est in exquisita divisione; nam si minus accurata fuerit, totum argumentum corruet: ut siquis ita ratiocinetur;

Vel obediendum est principibus aliquid contra deum imperantibus, vel adversus eos rebellandum;

Atqui non est obediendum;

Ergo rebellandum est. ~~~~;

Neutrum enim est faciendum;

Syllogismus conditionalis is est in quo reperitur aliqua propositio conditionalis, quae duas includit partes, antecedens nimirum et consequens. Fit autem ejusmodi syllogismus posito antecedente in minori, ut inferatur consequens in clusione;

Clusione,

Si relatio est accidens, vadens est ens;

Atqui relatio est accidens;

ergo est ~~accidens~~ ens. ~~~

Vel negato consequenter in minori; ut tollatur antecedens in conclusione, ut;

Si relatio est accidens, vadens est ens;

Atqui relatio non est ~~accidens~~; ~~~

ergo non est accidens. ~~~~~~~~~

Ut propositio, sic syllogismus conditionalis, vel hypotheticus falsi arguitur, cum ex negatione antecedentis, seu termini minus universalis infertur negatio consequentis; ut si ex eo quod triangulus non sit circulus, quis colligeret eum non esse figuram; aut si antecedens ex consequente colligitur, cum ex antecedente consequens, non vicissim inferri debeat. ut circulus est, ergo et figura; non autem figura est, ergo circulus est aal, ergo hoc.

Tantum porro est usus syllogismi conditionalis, ut hoc tempore illa in scholis ratiocinandi forma plurimum usurpetur. cavendum tamen ne huic argumentationi plus aequo assuescamus; tum quia varianda in primis est oratio, tum etiam quia consuetudo ista

208 vir probatur huius artis magistris: sed in promptu est remedium; omnis enim argumentatio absoluta, fieri potest conditionalis; et omnis conditionalis in absolutam converti potest. id patet ex consequenti exemplo.

Si homo est rationalis, idem est risibilis;
Atqui homo est rationalis;
Ergo homo est risibilis;
Ad rationalem est risibilem;
Atqui omnis homo est rationalis;
Ergo omnis homo est risibilis.

Ceterum his syllogismis complexis addi possunt exclusivus, exceptivus, reduplicativus et alij; sed nihil videntur habere peculiaris difficultatis.

Reliquae argumentationis species de quibus ostendimus, sunt syllogismus expositorius, entimema, sorites, vel gradatio, dilemma, epicheria, et inductio, et ~~exemplum~~ — — — —

Syllogismus expositorius iste cuius medium est singulare; expositorius vocatur, aut sensibilis; quia rem velut sensibus exponit; ut in hoc exemplo liquet.

Petrus est rationalis:

Atqui petrus est animal;

Ergo aliquod animal est rationale.

Nec refert quod ex regulis syllogisticis non concludatur ex puris particularibus: nam hujus syllogi praemissae, non sunt particulares, sed singulares. magnum autem discrimen est inter propositionem particularem et singularem: illa enim rem utique singularem significat, sed indeterminate; haec autem determinate: unde fit ut in syllogo ex puris particularibus quatuor termini; in vero qui constat ex singularibus, tres tantum reperiantur: sunt enim certi et determinati.

Entimema est genus argumenti non solum apud rhetores, sed etiam apud philosophos longe usitatissimum, duplici propositione constat, antecedente, et consequente, quae autem exprimitur propositio, in animo retinetur: unde est syllogus integer illo mente, mutilatus, et imperfectus, si voces spectentur. atque horum argumentorum, ut a viro doctissimo est observatum, usus frequentior est, quod mens eam fugiat tarditatem, quae in serie syllogistica occurrit; prolixum et obscurum plerumque propositionum contextum inter colloquendum aut docendum vix adhibeat; nam ut sibi quaedam intelligenda relinquantur, quodammodo postulat quod verbis deesse

20.10. videtur supplet ipsa persona, nec longas verborum ambages amat, sed ultro praecurrit, et omnem linguae celeritatem antevertit. hoc vis sermonis major ubi videtur, quo brevior, sic illud Entimema uno versu comprehendunt.

Servare potui, perdere an possim rogas?

Altius animum subit, quam si ad syllogisticam formam esset redactum.

Qui servare potuit, idem potest et perdere;
Atqui servare potui;
Ergo possum perdere.

Hinc fit ut oratores qui et delectare volunt et persuadere perraros syllogismos integros adhibeant; quorum propositio aliqua plerumque est inutilis. quocirca licet ob exprimatur ea propositio, ea tamen in mente viget integra, nec necesse est eam verbis designare, cum nullo labore mens eam sibi exhibeat. fateor quidem Entimema apud aetatem ob tam ex numero propositionum, quam ex earum verisimilitudine appellari, et ea maxime dici Entimemata, quae signis aut indiciis nituntur: unde ex illius mente haec ob erunt Entimemata; circulus est, ergo figura; hoc ergo aal; cum conclusiones sint necessariae.

Porites, vel gradatio ex pluribus propositionibus sic constat, ut attributum prioris sit subiectum consequentis. quanquam hoc genus argumenti magis ad rhetores, quam ad philosophos pertinet, negare tamen non possumus, quin apud geometras sit usitatissimum. Cum enim extrema propositionis per se considerata non ita manifeste apparent, ut unum de altero possit affirmari; tum medius terminus in quo conveniunt inquiritur; atque in hoc posita est, ut diximus, ratio syllogismi. alii non sufficit medius ille terminus, tum quartus, aut quintus, et ita deinceps inquiritur, donec occurrat aliquis, quo duo extrema inter se deviniantur; et ita necesse est, ut unius propositionis attributum fiat insequentis subiectum, ac primae propositionis subiectum cum ultimae attributo consociatur.

Ex quo id liquet notatu dignum, quod in hac argumentatione, ut in omni alia, mens velut quodam circulari motu agatur. quandiu enim varias propositiones format et connectit, quasi recta progreditur, nec omnino discurrit, donec velut in orbem apta primas notiones cum posterioribus iungat. in hoc enim argumento quasi quibusdam gradibus conscendimus,

2.12. neq; aliud quam ppositionum acervus efficitur, nisi ja notio cum ultima copuletur. Sine illa gradatio nullam habet argumentationis formam; africano virtutem industria, virtus gloriam, gloria aemulos comparavit; nisi regressu quodam animus jam notionem cum postrema consociet, et tandem concludat. Ergo africani industria aemulos vi comparavit. Itaq; in disjunctivis syllogismis pugna quaedam est, et velut contrarietas; sic in sorite continuata quaedam est connectio, dum alia ppositio ex alia nectitur.

Dilemma ppositio quaedam disjunctiva innitur, idq; rhetoribus est usitatissimum. ex toto idem colligit, quod fuerat in partibus seorsum conclusum: ut in hoc adversus impios dilemmate. vel in morte toti pereunt, vel animi bonum manent immortales: si toti pereunt, nulla spes vis relinquitur; si immortales sunt animi, aeternis ob impietatem poenis torquebuntur: ergo nulla inferis spes reliqua est.

Cavendum autem est ne ppositio disjunctiva, cui dilemma innititur, vitiosa sit, et membris suis non adequata, ne quid medium admittat: secus ruet omnino illud argumentum, quod ex omni parte ferire debet

Epiquerema est animo gratissimum et maxime usitatum: id autem adhibemus, cum utriq; praemissae, aut saltem alteri probationem subiicimus, ne videlicet mentem offendat incertae propositionis, aut obscurae dilata probatio vix enim mos ille in scholis utiliter usurpatus, quo series syllogorum conteritur, aut negata propositio per longas ambages demonstratur, in privatis hominum colloquiis, aut in publicis actionibus ferri potest. id enim plurimum delectat animum, ut quae ad rei cognitionem pertinent, statim circumspiciat, atque ex his quae dubia sunt, aut obscura, scitissime emergat. Exemplo esse possunt omnia argumenta quorum propositionibus statim subiiciuntur probationes.

Ubi complexa est conclusio, et involuta, ea est in simplices propositiones resolvenda, et sigillatim probandae propositiones ex quibus constat. simili ratione cum veritas syllogismi complexit est exploranda, is utiq; in syllogismum simplicem est resolvendus.

Inductio est scientiae naturali materiae propria et necessaria, cum res sensibiles per experimenta ex inductione nobis materiam ex parte innotuerint: omnium aliâ ratione indicamus horum v.g. omnium corporum longe esse gravissimum, nisi quod

229. inductione facta nullum adhuc occurrerit, quod horum aequet pondere. Eadem pene est ratio eorum omnium quae sensu et experientia cognoscimus; tumque inductione recte utimur, cum ex integra partium enumeratione, velut summam, ut in additione arithmetica facimus, et totum ex omnibus partibus colligimus.

Sed illud fatendum est nusquam nos magis errare quam in falsis et imperfectis inductionibus, nam saepe ex aliquot exemplis universale quoddam colligimus, neque ad ea quae excipi possunt ceu ad contraria exempla attendimus.

Ea quippe est ingenii nostri indoles, ut exiis, quae in multis deprehendit, statim ad generales quasdam propositiones evolet; vel quod longum ei videtur, et molestum irrepere singula, et omnes partes enumerare; vel quod ad ea solum quae sunt ante oculos posita, attendimus; quae magis abdita sunt, relinquimus.

Illud certum et indubitatum inductione videbatur, frigore cuncta corpora contrahi: et tamen ex innumeris observationibus constat, aquam congelatam amplius spatium occupare, quam ante congelationem. infinita sunt

sunt huiusmodi quae nobis inductione certâ videbantur, quae tamen usu et experientiâ falsa esse deprehendimus.

Itaque ex variis observationibus et experientiis, per inductionem quaedam axiomata, aut generales propositiones velut principia eruuntur: ex quibus ut ex certis fontibus alia profluunt experimenta ex effectibus causas cognoscimus quibus perspectis plures effectus cognoscuntur: atque in hoc regressu, cum ab effectu ad causam progressi fuerimus, a causa ad effectum regredimur. qui quidem regressus longe diversus est a circulo. nam a cognitione confusâ quorundam effectuum ad cognitionem causae primum confusam, tum magis distinctam progredimur. sic ex lunae eclipsi, illius causam, nempe tellaris interpositionem illigimus; et causâ semel compertâ, quae ad eclipsim pertinent, ut durationem, magnitudinem, tempus quo futura est, et alia bene multa habemus explorata

Quaestio 3a De Demonstratione

Articulus 1us De Praecognitis

Praecognita dur ab arte cognitiones quaedam praeviae

2.16. Necessaria ad demonstrationem intelligendam

Triplicem solent in universum, praecognitionem distinguere. ja ad sensus pertinet; eaq; vulgo praeparans nominatur. 2da est cognitio terminorum ex quibus quaestio ipsa componitur, quae dirigens vocitatur; eaq; cognitio ad simplicem perceptionem pertinet, ex qua judicium imo et ratio omnis pendet. haec praecognitio influens dicitur, quod ex praemissis eruatur conclusio.

Tria autem sunt quae praecognosci debent antequam cognitio ipsa inferatur; subiectum, praedicatum, seu attributum, et antecedens seu praemissae. de subiecto et praedicato nosse debemus quid utrinsq; nomen significet; quod subiectum existat, aut saltem possit existere; ob huius rei impossibilis proprietates inquirimus. quod autem attributum seu proprietas existat, ob necesse est praecognoscere. sed illud demonstrare nobis incumbit. de antecedente seu praemissis illud cognoscendum, quod utraq; sit vera: nam existentia propositionis est illius veritas. —

haec utiq; sunt praecognita ad demonstrationem requisita, si illius materiae duntaxat rationem habeamus. nam quae ad illius formam pertinent superius sunt explicata: hoc vero loco quae ad materiam demonstrationis spectant, quaeq; immediate

Ad assensum Conclusionis requiruntur, Strictim cum vulgo philosophorum 2. 17.
Decurrimus quanquam illud fateri Cogimur rem dignam
esse quae paulo accuratius pertractetur. Cum vis omnis demonstrationis
Et Scientiae Cuiusque in praecognitis posita sit. resitaque paulo ab altiore
principio est repetenda.

Cum omnis demonstratio eo tendat, ut ex dubia Quaestione
fiat Certa Conclusio, antequam omnia quaestio ipsa expendi debet:
nam si forte tanta sit quaestionis propositae evidentia, ut vix
ulla major esse possit, ac nervus praedicati cum subtoluerat
persese, frustra Conquirimus argumenta, quibus res satis
perspicua obscuretur potius, quam illustretur. quod si ut plerumque
accidit, quaestio ipsa est ejusmodi, ut probari possit Et Debeat,
jam intueri oportet, quod sit quaestionis subtum, quod attributum.
hinc enim nanae Concertationes oriuntur, quod res ipsa de qua
agitur, omnino satis sit perspecta, neque uno modo accipiatur. hinc voces
sunt antedefiniendae idque maxime Cum eadem vox plura
significat; aut Cum de rebus a sensu remotis agitur; unde
matematici, quibus major est demonstrationum Cura, quique
Circa res illectuales occupantur, voces omnes aut terminos
quibus utuntur; antedefiniunt, oculis paene subiciunt, ac nullam

2.18. in jis ambiguitatem relinquunt. deinde quaedam axiomata
lucida per se, aut principia ex quibus fluunt, quae deinceps
sunt demonstraturi, praemittunt. postremo conclusiones vel
ex definitionibus quae in contentionem venire possunt,
cum sint quaedam duntaxat vocum explicationes, vel ex
jis principiis lumine naturali notis, vel ex aliis jam
probatis demonstrant conclusionibus, quae nim principiorum
jam
obtinent.

Itaque haec sunt in omni demonstratione praecognita, vocum
definitiones quae ex notis terminis, aut jam explicatis constare
debent, ut ideas quas his terminis significare volumus,
distincte et clare designent: secus alias his vocibus ideas
subjiciemus, et in varias ambiguitates incurremus: quod
in omni scientia cavendum est maxime. accurata autem rei definitio, quae
sit illius natura; quod genus, quae qualitas illius essentialis,
cum differentia non est quid praerequisitum, aut praecognitum,
sed fructus multiplicis demonstrationis.

Axiomata quoque, haec debent esse praecognita,
quorum veritas ita est clara, ut mediocriter attendenti connexio
attributi cum subjecto sit manifesta. nam quae clara sunt per se,
probari non debent; majorem quippe habent evidentiam, quam

quamquae à demonstratione duci possit. nec vicissim tanquam principia sunt supponenda; quae demonstratione egent. Evidentia autem omnis ut in metaphysicâ ostendemus, in distinctâ terminorum perceptione posita est, ob eumdem rebus aliter judicare possumus, quam secundum ideas quae mentis nostrae insunt. Itaque axiomata sunt demonstrationibus praemunienda. Explicatione quandoque egent, ob probatione, nisi forte societas attributi cum subiecto mediocriter attendenti ob sit manifesta; tum enim idea aliqua quaerenda est quae cognata utrique, quae hanc societatem ostendat. ~

Est tertium quoddam praecognitorum genus, quo persaepe utantur matematici: cum scilicet propositio, satis habet evidentiae ut statim percipiatur et concedatur; quamvis absolute negari possit, nec facile per aliquid evidentius probari queat. id vocant postulatum: quod praecipue adhibent, cum res aliqua est facienda; idque ad problematum constructionem necessarium. Sic Euclides id postulat, ut sibi liceat ab uno puncto, ad aliud rectam lineam ducere; aut circulum dato puncto ad quamlibet extensionem describere. haec utique pertinare aliquis negare posset: cum recta linea aut perfectus circulus fieri vix possit.

Sed satis est geometrae si rectam lineam, aut circulum ab omni materia praescindat, sicque perfectam utriusque ideam sibi exhibeat. quare hujusmodi postulata et pauca et necessitate quadam coacti praemittunt geometrae: cum ea aut nullo modo, aut non nisi per longas et difficiles ambages demonstrari queunt, et adsequentes demonstrationes sunt omnino necessariae. eaque medium quasi inter axiomata et conclusiones probatas tenent locum.

Articulus Secundus

An et quid sit Demonstratio

Existere demonstrationem notum est:

Duplicem demonstrationis definitionem affert hoc in Locophus ja est per effectum; demonstratio, inquit, est syllogismus pariens sciam. Effectus quippe demonstrationis est scientia: ut error est effectus syllogismi sophistici, et opinio effectus syllogismi topici: cum enim, ut alibi diximus, quae affertur ratio, negligenter attenti vera aut evidens apparet, tum error dicitur, aut falsa persuasio quae veritate destituitur. Cum autem ratio ipsa tenuis est et popularis, et cum dubitatione conjuncta, tum opinio appellatur. Sed ubi conclusio certa est ratione

Subnixâ, ac præmissæ mentem ōō ad assentiendum determinant; id quod ex attentione ipsâ, et accuratâ rei consideratione, ex stabili persuasione, et perceptionum ac judiciorum evidentiâ palam fit, tum conclusionis cognitio scientiæ nomen sibi vindicat.

Itaque præmissæ sciam ingenerant causæ effectricis, aut potius objectivæ titulo: quatenus mentem ad assentiendum ōio determinant. Sed ipsa demonstratio ut ratio perfectissima, aut 3a mentis operatio, et scia formaliter sumpta, ut postea dicturi sumus: Deo ut scia hoc modo sumpta sit formalis effectus demonstrationis.

Altera definitio quam affert artes ex variis constat conditionibus, quas ad exquisitam demonstrationem exigit. Et, inquit, syllogismus constans ex veris primis et immediatis, notioribus et prioribus, causisque conclusionis, non minus accurata erit definitio si diximus syllogismum ex necessariis propositionibus compositum. Cum autem hoc loco singulas conditiones soleant minutius expendere, id ipsum quoque nobis faciendum: tametsi ex iis quæ diximus, magnâ ex parte elucescunt.

Quatuor ea sunt præcipuæ conditiones, quas veræ demonstrationis præmissæ exigunt, ja ut sint veræ et necessariæ. tum enim conclusio demonstrationis, sit vera et necessaria, ex

2.22 Ex veris utiq; praemissis ducatur necesse est. nam et si verum
interdum ex falso eruitur, id tantum est per accidens. veritas porro
quae in demonstratione requiritur, omnino et immutabilis et necessaria. in hoc
quippe a syllogismo topico, ut scientia ab opinione discrepat.

Triplicem vero necessitatis gradum artes in praemissis
postulat. primus est ut propositio sit de omni, hoc est, ut attributum omni subiecto
conveniat.

Secundus necessitatis gradus in hoc consistit ut attributum
per se de subiecto praedicetur quod utiq; quatuor modis illigi potest. 1o ut sit
de essentia subiecti idq; fit cum definitio aut pars definitionis de re ipsa dicitur ut homo est animal
circulus est rotundus: 2do ut subiectum sit de essentia praedicati ut homo est risivus
3o id dicitur per se quod per se existit; 4o effectus causae propriae per se de causa dicitur
sic medicus per se curat aegrotum per accidens vero pingit. necessitas
itaq; ad demonstrationem requisita est 1 aut 2di generis.

Tertius necessitatis gradus is est, ut attributum subiecto
conveniat, quatenus tale est, atq; ut loquitur philosophus, quatenus
ipsum est: nempe ut illud attributum subiecto primum conveniat,
ac propter ipsum reliqua attributa videlicet subiecto insint. sic
rationale homini convenit, quatenus est homo, et ex eo fluunt hominis proprietates.
sic aequalitas radiorum circulo convenit, quatenus est circulus,
ut primum illius attributum. quae quidem necessitas

ad omnem demonstrationem non requiritur, sed ad eam quae est omnium maxime exquisita.

Secunda demonstrationis conditio in eo sita est, ut ex primis et immediatis conclusio erueatur. nam necesse est ut principia quibus innititur demonstratio, aut sint clara per se et aperta, aut certe in principia per se lucida, aut in veritates primas, seu intellectuales, seu sensibiles resoluantur. sic matematici ex jam probatis propositionibus alias colligunt, quae lucem posterioribus afferunt. nec vero ad demonstrationem omnino requiritur, ut propositio sit causa alterius proxima, aut ita sit clara, ut probatione non egeat, cujusmodi sunt axiomata. sed satis est ut sit virtualiter, ut aiunt, clara et evidens; adeo ut ij prima principia resolui possit.

Quamobrem propositio est nota per se, cum termini quibus constat, clare perspiciuntur, et distinctas in mente ideas exprimunt. hinc ideae rerum dilucidae, et judicia ex ideis composita omnino certa, et apta inter ipsa judicia connectio vim omnem aut perfectionem demonstrationis efficiunt.

2.24 ac siquid est in ratione nostra vitij id utiq; in perceptionum nostrarum confusione aut in pravitate judiciorum delitescit. jam propositiones ex quibus efficitur demonstratio, jam et immediatae dicuntur, quod sint notae per seipsas. Sive ea quoad se tantum sint notae, cum attributum est de ratione subjecti: tametsi illud nobis ob statim innotescit: ut illa propositio, Deus est; nam existentia est de dei essentia; sive quoad nos sint notae, ut illa, circuli diametri omnes sunt aequales; cum scilicet ex perceptione terminorum veritas propositionis elucescit.

Reliquae demonstrationis conditiones in eo sunt positae, ut praemissae sint notiores et priores, nec non causae conclusionis. quod utiq; ita est intelligendum, ut sint notiores et priores quoad nos, cum in conclusionis notitiam nos ducant. Sic plerumq; effectus sunt notiores causis. tametsi causae naturae suae sunt notiores et priores. ob dissimili ratione praemissae sunt causae cognitionis nostrae: quanquam in ea demonstratione quae fit per effectus, quaeq; a posteriori nominatur, praemissae ob sint causae reales conclusionis.

Obiices jo: adversus eas conditiones quas in praemissis

demonstrationis originem, verum persaepe ex falso Eruj: ut in illâ aritmeticae regulâ, quâ falsarum positionum dr in qua falsis numeris positis verus invenitur. Ergo omnis demonstratio ex veris praemissis ducitur.

Disquisitio antecedens: verum aliquando ex falso elicitur per accidens, c: perse, n. nam illud est perse, quod est rei proprius et naturalis effectus. Sic verum perse cum vero consociatur; per accidens tamen evenire potest, ut verum ex falso Eruatur, quod in exemplo allato, et in omni poeme analizi evenit, ut postea dicemus.

Instabis, geometrae, imo et phy solent adversarium ad absurdum, seu ad impossibile redigere, sed id fieri non potest nisi falsa quaedam supponendo; ut cum volumus probare jam motorem, aut jam causam existere; illud ex eo demonstramus, quod nisi admitteretur ja causa, aut jam movens, daretur progressus in infinitum: ergo ex falsis demonstratio constare potest.

Primo huius generis demonstrationes animum quidem convincere dico, non tamen habere sibi adjunctam evidentiam quam animus desiderat, quaeque ad perfectas demonstrationes requiritur. Unde animus in iis non plane acquiescit, nisi forte ubi aliae desunt,

226. aut negativae propositiones sunt negandae, ac nihil earum certitudini deest, sed evidentia ipsa desideratur.

Dico 2do, ex falsis verum inferri, si quae sunt falsa, ut falsa existimemus: et item sint vera judicamus.

Obiicies 2do, praemissae et sunt veriores conclusione; ergo nec notiores esse possunt.

Nego consequentiam: nam veritas et suscipit magis et minus sed res potest esse alia notior, aut evidentior. unde cum propter praemissas nota sit conclusio, major est in praemissis evidentia, et major certitudo quam in clusione.

Contra, inquiunt, certitudo clusionis in demonstratione est maxima: cum dubitationi nullum locum relinquat. ergo praemissae et sunt certiores clusione.

Nego antecedens: nam majori firmitate et evidentia assentimur praemissis, quam conclusioni: tametsi post demonstrationem nulla superest de conclusione dubitatio. ut amor qui nihil habet odii permixti, et idcirco est omnium maximus, nisi summam praeterea voluntatis propensionem includat.

Articulus 5us, Quotuplex Et Cur sit Demonstratio.

Duplex est demonstrationis genus, unum a posteriori cum ex effectu causa; alterum a priori cum effectus ex causa infertur; illud quod res sit, hoc cur ita sit, ostendit: ac saepius ex effectu causam cognoscimus, quam vicissim perfectissima ex demonstratio ea dicitur, quae ex causa effectum colligit. tum enim rem scimus, cum eius causam cognoscimus.

Cum autem causa vulgo quintuplex numeretur; finalis, exemplaris, effectrix, formalis, et materialis, nullum causae genus a vera demonstratione rejicitur. in moralibus et politicis praecipuus honos finali servandus; neque ea prorsus in physicis est repudianda. nam in hoc maxime divina providentia elucescit, quod certis finibus res quasque aptaverit. nec corporis humani v.g. structuram et partium usum cognoscere, si naturae finem neglexeris. quamobrem iis assentiri non possum, qui causam finalem a philosophia contemni, et insuper haberi oportere arbitrantur. quanquam fateor omnem in illius causae indagatione acquiescendum. sed quo itinere, qua veraque natura ad suum finem perveniat, diligentius inquiri oportere.

De effectrice causa infra dicemus exemplaris causae platonici videntur potissimum habere rationem. neque enim tam res ut sunt

2.28 ut sunt in scripsis, quam esse debent. Et quodammodo sunt in ideis Divinis, considerant. ab his utiq; ō multum aberrant geometrae: ō enim circulum, aut alias figuras, ut sunt in ipsis corporibus sed eas, ut sunt in ideis, quas formamus, atq; ut ab oī imperfectione sunt liberae, quaeq; circulus in suae ideae ratione, aut comprehensione quasi involuta complectitur; paulatim evolvunt. quod utiq; ō solâ inductione, aut experimentis colligunt: sed ex attentiori ipsius rei, aut ideae contemplatione, erunt quodammodo, et explicant.

Cum autem unum attributum ex alio colligitur, causam formalem quodammodo adhibemus: ad hanc enim pertinent quae ex genere et differentiâ, aut ex definitione ipsâ colligimus. nam unum attributum est alterius causa formalis; quodq; à nobis ut prius in re concipitur, vim habet causae cum posteriore comparatum.

Ex his liquet, nos ab effectu ad causam progredi solitos, tum à causa ad effectum regredi: hinc adeo quaestio sub obscura oritur, atq; regressus ille ō sit verus circulus: cum eo redeamus, vade sumus profecti. quod quidem cum in oī cognitione nostra, tum maxime in demonstratione ipsâ vitium est. Circulus enim

Ille nihilo doctiores nos efficit: ut si stellas fixas longe a nobis esse dissitas hinc colligamus, quod scintillent. tum eas scintillare conemur ostendere, quod a nobis longissime distent, non aliud quam circulum vitiosum et inutilem efficiemus.

Respondeo circulum in demonstrando vitiosum esse, non item regressum. tum enim fit circulus, cum idem est genus demonstrationis; et item ubi sunt diversa demonstrandi genera. nam quod in uno genere notius est, potest in altero esse magis incognitum. sic in demonstratione a posteriore nota est effectus existentia, ex qua ipsius causae existentia cognoscitur. cum autem per demonstrationem a posteriori cognita est causae existentia, aut potius illius cum effectu connectio; in regressu, cum per demonstrationem a priore, iam distinctius quid sit effectus cognoscimus. quare a cognitione confusa jam progredimur, tum ex cognitione causae, ad distinctam effectus cognitionem regredimur. atque ab exemplo proposito recedamus: notum est nobis stellas scintillare, et item planetas: causam inquirimus, quae et ex magna stellarum distantia oritur, ut vulgo supponunt; sed in eo maxime posita est, iam illud novimus

2.30. stellas scintillare. Et cur scintillent, quod tamen fit citra aliquam mentis attentionem. nam jam expendimus quid lux regota efficiat; quod visus organum, cum nervulos in fundo oculi validius percellat, quam lumen debilius, cujus modi est planetarum lumen: hinc enim oritur tremulum illud in stellis lumen, quod vehementius visus organum afficit. quare ut regressus sit utilis, quoddam mentis examen, ut loquitur, Zarabella, cum attenta causae ipsius mediatio praecedat necesse est: secus nihil novi addiscemus.

Ex Duplici: illa demonstratio duplex methodus cum ratio progrediendi orta est: analitica, quae inventionis; et Schintetica quae et doctrinae ordo dicitur, per analizim ex effectu ad causas, per Scintezim ex causa ad effectum; per illam ex toto ad partes; per Scintezim ex partibus ad totum progredimur. in Scinthezi axiomata quaedam communia tanquam veritates primas praemittimus, ex quibus id quod volumus concludi possit. in analizi ostam ad generalia propria, quam ad ea quae propositae quaestioni sunt propria, animum intendimus.

Quare, ex attenta alicujus rei contemplatione oritur analizis

recensioribus geometris adeo familiaris, quaeq; utiliter ad 2.31.
alias scias potest adhiberi. quocirca o erit alienum paucis
exponere, in quo potissimum ea posita sit. ac certe quiddam
huic simillimum cernimus in propositi enigmatis explicatione,
ubi ex iis quae in tabella sunt exposita, quid author designarit,
aut mente conceperit, coniicimus. Cum itaq; rei
cuiuslibet causa, aut natura indaganda proponitur, primum
conditiones omnes propositae quaestionis diligenter sunt
inspiciendae; alienis, et quae ad quaestionem nihil pertinent,
omnino rejectis. 2do quae cognita sunt et perspecta, ab iis quae
dubia sunt et obscura, sunt secernenda, atq; ex conditionibus
appositis, et ex iis quae sunt cognita, id ipsum quod quaeritur
inveniendum. nisi enim quaedam rei occultae vestigia, ex
quibus innotescat id quod est incognitum, persequamur; nihil
agimus et prorsus labore animum fatigamus; 3o difficultatem
ipsam in partes secare, et seorsum intueri optimum fuerit.
nec enim mens quidquam potest comprehendere, nisi id
in partes tribuatur. 4o perceptiones nostrae et judicia sunt
aptae disponenda: adeo ut a facilioribus ad difficiliora et a notis ad

2.32 Ad ignota gradatim progrediamur. Exempla in physicis ostendunt.

Unum quod occurrit, ponamus ob oculos. quaeritur a nobis

quid causa sit, cur sal, aut saccarum in aqua dissolvatur.

Jam mens statim judicat hanc salis dissolutionem ostendi

sine aliquo motu, cui ostendi in sale, cum durum sit corpus.

Ergo igitur in aqua, cujus partis in jugi motu positae parti

culae salis subeunt et divellunt. hoc semel comperto,

hinc infinita colligimus, in quo posita sit fluidi corporis

natura; quid durum efficiat corpus, et alia quae ex analizi

rite instituta, ostendi sine attentione et mentis examine evenient.

Patet notae sunt demonstrationis causae; superest itaque

ut de medio agamus.

Medium demonstrationis idem quod propositae quaestionis

attributum, cum subiecto consociat: nam ut fuse in compendio

exposuimus, tria in omni demonstratione occurrunt: subiectum

de quo fit demonstratio, quodque minus extremum vocitatur, ut

attributum, seu proprietas quae subiecto inesse demonstratur,

majus extremum dici solet: medius vero terminus,

cui instar vinculi subiectum cum attributo connectit, argumentum

Nominatr. ars pœnæ oīs Logistica in argumenti illius inuenio
versatr.

CUM enim quæstiones sint in duplici differā, aliæ
simplices, aliæ sint compositæ, illæ plærumq; solam
attentionem ad ideas ternorum desiderant. sed compositæ
quæstiones solui ō possunt, nisi ternorum ideæ quibus
constat ppositio, cum 3ā quadam aut 4ā, et ita deinceps
comparentr. quo autem magis exquisita inter ppositæ
quæstionis extrema habitudo requiritr, hoc medius terminus
magis clare et distincte percipi debet: ē enim medius
ille terminus conis utriusq; extremi mensura, quæ
nota ēd debet, ut habitudinem, relaōem, aut convenientiam
quæ ē inter extremos quæstionis ternos definiat. sic
ubi inquirimus quantum pannus panno, ager agro sit
major, certam mensuram quasi medium terminum, a
adhibemus. quare in illud maxime et incumbendum, ut
medius terminus sit notus nobis, et distincte perceptus:
secus nulla futura ē ppositæ quæstionis solutio, vel
demonstrāo. et quod sæpe usu venit, obscurum per obscurius

demonstramus.

Secundo cum in demonstratione a priori Medius terminus sit causa proprietatis quae demonstratur, danda est opera ut quantum fieri potest propria et proxima causa afferatur, non remota duntaxat, quaeque rem esse ostendit, sed cur sit non aperit. ut si quis demonstret plantam non respirare, quia non est animal causam afferet, sed nimis remotam et in qua non acquiescit animus: res enim idcirco non respirat quia est animal, cum pisces et vermes non respirent, saltem ut vulgo creditur; sed quia pulmonibus praedita est, idcirco res quaeque respirat. unde hujus generis demonstratio quae fit per causam remotam, dici solet demonstratio quia, non propter quid: rem enim ita esse convincit, sed genuinam causam non affert.

Tertio ex omnibus causarum generibus verum argumenta solent ut de finali et exemplari supradiximus. ex causa effectrice plurimae demonstrationes physicae depromuntur. neque necesse est exempla proferre, cum passim occurrant.

Quarto illud utilius foret, et permagni ad scientias momenti, si praecipuae rationes, aut loci ex quibus verae causae verum possunt, docerentur. quod Baco angliae cancellarius

in novo organo erudite admodum, sed paulo obscurius 2.35.
executus. neq; id negare possumus, praecipuum logicae
usum in iis locis demonstrationum versari. nam eo tendit
omnis inquisitio nostra, ut cujusq; rei materiam aut effectricem
causam, aut formalem denique ipsam animo complectamur.
Quinto effectricem quidem causam invenimus, cum
necesse progressum et viam acrione animo intuemur. sic
in pulli generatione atq; in plantarum vegetatione tantos
philosophi nostrae aetatis progressus fecerunt, quod naturas
rerum intueantur, cum res ipsae jam sunt absolutae,
aut post certas periodos; et primae tractatio et progressus
intento animo contemplentur. saepe tamen evenit ut generatio
rei momentanea in causae notitiam nos ducat, aquae v.g.
imo et attramentum agitatum in spumam albam
facescit; vitrum contusum ex diaphano fit subito
candidum. atq; hinc forte et male colligitur colorem
album et ad quiddam altius in corpore infixum, sed ex
luminis reflectione vegeta et aequabili emergere, ut suo
loco dicemus, nam si aqua agitata in spumam albescit,

2.36 atq; ubi spumae globuli detubuere, jam pellucet, in agno id videtur argumento albedinem tum emergere, cum lux ex infinitis globulis velut ex totidem speculis integra reflectitur.

Sed potissima effectrices causae inveniendae ratio ea videtur, cum una ex pluribus causis quae nobis afferunt ancipitem dubitandi causam cum effectu indivulsae cohaeret, altera ob item, ut si quaeramus quid causae sit cur stellae scintillent, planetae ob item. an forte, quod stellae longius a nobis distent, ut faces eminus visae; ay potius quod stellae propria luce fulgeant. posteriorem hanc causam alteri praeponemus; quod quae propria luce micant, praesertim dum eminus videntur, tremulum et scintillans lumen ostendant; imo inter planetas mercurius, quod sit soli proximus, ac nemus persaepe scintillant, quod vegeto lumine refulgeant. hanc vocat franciscus Baco instantiam crucis, quod instar crucis in bivio erectae, qua sit eundum ostendat. quanti sit illius usus, alio forte loco dicemus: nunc enim praecipuos causae cujusq; inveniendae fontes indicabimus.

Porro Caas rerum maales ex divisione anathomicâ et chymicâ analizi, cum res ipsae in sua principia resolvuntur, et quodammodo secantur, ut cum quae invenimus; sed quae à mente ipsa fit analizis, aut resolutio, dummodo experientiae nuntiatur, plus habet utilitatis: cum sciet partium ordinem, figuram, contextum et motum diligenter expendimus: hinc enim Caas multarum affectionum et proprietatum detegimus, praesertim cum sensus nostri idoneis instrumentis adjuvantur. hinc nostra aetate visus microscopio adjutus nova quotidie in plantarum et aalium fabrica deprehendit; pertubum obticum quae sunt remotissima; et in medio coelo retrusa, oculis quodammodo subjiciuntur. saepe etiam res ipsae quae sensus fugiunt, vel pro nimiâ subtilitate, vel quod per interjecta corpora videri non possint, aut quod rapidiori ferantur motu, aut contra tardiori motu incedant. haec, inquam, fiunt sensibilia ex signis aut effectibus, aut idoneis instrumentis. sic aeris natura aut contextus sub oculo, non cadit: sed illius vis elastica, ut vocant, quâ sciet pressus seipsum dilatat et restituit, et pondus et aliae affectiones,

241. per machinas, quae pneumaticae dicuntur, ad sensus nostros quodam modo perducuntur, ut suo loco ostendemus. aurum adulteratum ex colore discerni nequit, sed ex pondere, sono, solutione in aqua forti probari poterit; et quod ob erat sensibile potest sensibus, aut rationi saltem subjici. quae quidem in phisicis fient aperti ora: ista enim velut in transitu attingimus.

Septimo sed eo praecipue tendit omnis inquisitio nostra, ut cujusque rei forma inveniatur. nam causae rerum materiales, et effectricas ob aliud fere quam tritum naturae in operando iter, et velut ejus consuetudinem ostendunt; sed formarum contemplatio magis constans videtur et latius patet: leges quippe naturae fixas et immobiles comprehendit. ac rerum quidem formae compositae vix inveniri possunt: ut quae sit forma auri, aut plumbi nemo facile evolvet: sed rerum formae simplices ut calidi, fluidi, firmi, fixi, volatilis, motus ipsius leges sunt majore utilitate inquirendae. quae quidem ratione via ad sciam rerum naturalium multo est compendiosior, quam si res ipsas compositas sigillatim persequamur. quae sint exempli q. formae sonorum

in singulis vocabulis vix explicari potest: sed quae aëris collisio, qui solus unam quamq; litteram exprimat, facilius consequemur; cumq; ij nobis innotuerint soni simplices, qui singulas alphabeti litteras efficiunt, tum dictionum solij, aut formae magis compositae sitius cognoscentur. o dissimili ratione frustra lapidum aut plantarum formas compositas inquirimus, nisi ante simpliores ut calidi, frigidi duri et liquidi, absq; aliae conditiones corporum affectiones sumus consecuti;

Octavo ac forma quidem simplex, o raro ex effectricis et materialis causae cognitione elucescit: sed saepe ita est occulta, ut o nisi certa ratione aut methodo inveniri possit. quaeritur v.g. quae sit caloris natura, quae forma. jam ex forma spectanda est in iis subtilis, in quibus elucescit maxime, ut in flamma: tumq; inveniemus o modo calorem ita esse cum motu conjunctum, ut ~~octo~~ motu calor augeatur: sed etiam calorem in motu esse positum, eumq; motum esse expansivum et perturbatum, ex dissipatione corporis inflammati, ex fervidis liquoribus, et aliis effectibus colligemus: quaeq; ad calorem pertinent,

2.45 Eo quo dicemus alibi modo facile consequemur: nunc enim
res tam late fusas explicare ō possumus, præcipuos
duntaxat demonstrationum fontes judicare volumus.
Cujus vero sint utilitatis, idoneis locis planum fiet.
Nono interim illud admonemus, nullum esse ad cognitionem
rerum majus compendium, quam si ad unitatem formæ
alicujus ea revocemus, quæ in variis sunt disjecta
subjectis. Sic dum infinita prope et vaga rerum indagatio
ad certas velut alphabeti litteras, ut varij contentus ad
paucos tonos utiliter reducuntur. atq; ubi semel forma aliqua,
ut calor aut fluiditas, perspectas fuerit, jam ō erit
difficile infinitos prope effectus suis causis reddere;
tumq; nihil metuendum erit verum progressu demonstrationum
unus ab effectu ad causam et a causa ad effectum, circulum
efficiamus: nam a confusa effectus cognitione perfecti,
ad distinctam regredimur. ~

Quæstio 4ª De Scientia

Artus 1.us An et quid sit.

Sciencia quandoq; sumitur pro qualibet disciplinâ: quo sensu grammatica est scia.

Proprie est habitus demonstrativus, seu cognitio certa et evidens rei necessariae per propriam causam. Cujusquidem demonstrationis singulas particulas explicavimus, ubi de phia gnatim.

Circa sciam vero haec quaeri possunt: 1o an sit scia; 2do an scia totalis sit qlitas simplex vel complexa.

Academicis nulla est scia, platonj existit quidem scia, sed quae est fœtus demonstrationis sed mera reminiscentia vitae prioris; volebat enim plato animas rationales prius quam corporibus infunderentur, creatas esse, et omnium sciarum supellectile exornatas: ubi vero mitterentur ad informando corpora, et amittere quidem sciam, in rerum tamen omnium quasi et poto laetes fluvio oblivionem incidere, deinde species rerum omnium animis nostris in existentes sensuum ministerio refricari seu excitari; et ita nostram scientiam

2.46 ad meram reminiscentiam, seu vitae prioris recordationem

Aristoteli vero existit scientia quae est factus demonstrationis; ideoque humana mens ubi cum nascimur est veluti tabula rasa, in qua nihil depictum, hinc libet tamen similitudinis et speciei capax est.

Contra academicos demonstratum est in philosophiae prologo mentis non modo possibilem esse sed actu existere scientiam seu cognitionem certam et evidentem; nunc autem non esse reminiscentiam sed factum demonstrationis probandum superest contra platonem. Sit itaque

Conclusio

Scientia non est platonis reminiscentia sed factus demonstrationis.

Probatur: et scientia foret platonis reminiscentia deberet anima rationalis creari et scientia exornari priusquam corpori infunderetur. atqui anima rationalis non prius creata est quam corpori infusa; quod enim per se convenit animae rationali prius est eo quod ei convenit per accidens atqui unio cum corpore convenit

animae rationali per se, separatio autem ubi convenit per 2. 47.
accidens; est enim substantia essentialiter incompleta. Ergo
unio cum corpore prius convenit animae rationali; quam separatio
proindeque; anima rationalis est prius creata quam corpori unita:
Et ita scientia est platonis reminiscentia; unde consilium
Lateranense docet animam rationalem creando infundi cum
uniri corpori et infundendo creari.

Et certe reminiscentia cognitio est sine memoria temporis,
loci, et aliarum circumstantiarum in quibus cognitum
fuerit, sed ergo nobis est scientia sine ejusmodi memoria; nemo
enim nostrum reminiscitur, quo tempore et loco ante hanc vitam
objectum cognoverit. Ergo scientia nostra est platonis reminiscentia.

Est vero factus demonstrationis; nam quod per demonstrationem pariter,
illius est factus atqui scientia pariter cum acquiritur per demonstrationem;
Demonstratio enim est praestantissimum sciendi instrumentum. Ergo
scientia est factus demonstrationis;

Obiices jo: qui rei alicujus causam quaerit, vel illam
novit, vel non novit: id utrumvis dicatur, inquisitio frustranea
est; si enim jam novit, frustra quaerit: si vero non novit, frustra
eam quaerit, nec poterit invenire, nec inventam ab alia discernere;

248. Quemadmodum quis quaereret hominem, quem prius non cognosceret. Ergo frustra rerum causas quaerimus, ideoque; et frustra quaerimus.

Nego minorem: Et dico unum qui quaerit causam debere eam cognoscere confuse, non tamen distincte; qui enim cognoscit proprium alicujus causae effectum, causam illius confuse novit. atqui qui causam quaerit jam novit illius effectum. Ergo jam cognoscit causam confuse: quaerit autem illam cognoscere distincte. proinde non frustra quaerit.

Obiies 2do: qui nunquam studuit rebus mathematicis, non potest conficere demonstrationem de quadrata, aut parallelogrammo, aut trapezio nisi hujus speciem impressam habeat ab origine. atqui puer, platone teste, qui nunquam rebus mathematicis studuerat confecit demonstrationem de quadrato &c. Ergo habuit speciem quadrati ab origine. proindeque; scientia non acquiritur de novo, sed ejus memoria refricatur.

Nego mai: Et dico posse confici demonstrationem de quadrato alijsque mathematicis facilioribus sine studio per speciem non ab origine inditam, sed sensibus acquisitam, maxime si quis apte interrogetur, nam apte interrogare docere est. 2do

Nego mi: hujus enim rei testis est plato, qui in propria causa omnia magis est credendus quam pitagoras, qui ut suam de animarum transmigratione sententiam persuaderet animam suam bello trojano adfuisse dictitabat.

Conclusio Secunda

Scientia totalis est habitus complexus seu compositus seu qualitas multiplex simul juncta.

Probatur: ille habitus naturalis est complexus, qui plures difficultates habet superandas; habitus enim naturalis cum sit mera facilitas, totuplex est quotuplex difficultas superanda. atqui in scientia totali plures sunt difficultates superandae; alia scient difficultas in cognoscendo uno objecto partiali, alia difficultas in cognoscendo alio: si alia est difficultas in cognoscendo corpore simplici et alia in cognoscendo mixto. Ergo scientia totalis est habitus complexus et simplex.

Obiicies jo: sufficit unus et simplex intellectus ad omnes conclusiones scientiae totalis. Ergo et sufficit unicus et simplex habitus.

Nego consequentiam et paritatem. ratio disparitatis est quia habitus

2.50. naalis ē mera facilitas, Et ideo Complerus ē ubi complera difficultas; atqui Scia totalis ē habitus naalis Cujus difficultas complera ē. Ergo Licet ad oēs Clusoes Sciae totalis Sufficiat unus illectus ō Sufficit tēn unicus Et Simplex habitus.

Obiicies 2do: unus Et Simplex habitus fidei Sufficit ad oēs articulos. Ergo á pari Unicus et Simplex ad oēs Clusoes Sciae totalis.

Nego Consequentiam Et paritatem. rao disparitatis ē quia habitus fidei ō ē naalis, nec proinde multiplex, ubi multiplex ē difficultas Superanda: at vero Scia ē habitus naalis proindeq; Complerus si Complera sit difficultas Superanda. Ergo Licet Sufficiat ad oēs fidei articulos, unus Et Simplex habitus requiritr tamen Complerus ad oēs Clusoes Sciae totalis.

Obiicies 3o: Ea Scia ē unus et Simplex habitus quae habet Unicum objectum foale. atqui Scia totalis unicum habet obtum foale. Ergo Scia totalis ē Unus Et Simplex habitus.

Disguo Maj: Ea Scia ē unus et Simplex habitus quae unicum habet obtum foale specificum, C: genericum, N. Jam vero Scia totalis habet quidem obtum unum foale genericum,

Multiplex tamen habet specificum, sic physica unicum habet totum formale genericum sciet corpus naturale, multiplex tamen specificum, nimirum corpus simplex et mixtum, animatum et inanimatum.

Artus Secundus

Quotuplex sit Scientia

Pico mirandulano unica est scientia totalis quae substantias et accidentia spiritus et corpora contemplatur; ideoque methaphysica, physica, et matematica non sunt tres scientiae totales, sed unius scientiae totalis partes.

Caeteris vulgo tres sunt scientiae speculativae totales, metaphisica, physica, et matematica. Verum utraque sententia facile conciliari potest si dicatur unicam esse scientiam totalem ex natura rei, et per se, esse vero plures ex hominum arbitrio et usu, quod enim methaphysica, physica, et mathematica sint scientiae totales non petitur ex natura rei, sed ex sapientum arbitrio, quibus si ita visum fuisset, duas vel unam etiam tantum constituerent, satius est tamen loqui cum aliis quam cum pico mirandulano, in praxi enim loquendum cum multis.

Scientia speculativa triplex est methaphysica, physica, et matematica.

2.52. Quibusdam tripartita illa divisio petitur ab objecto formali, ideoque tres sunt scientiae, quia tria sunt illarum objecta formalia.

Refelluntur: quia tripartita illa divisio scientiae speculativae vel petitur ab objecto formali generico vel specifico: atqui neutrum dici potest, non quidem ab objecto formali generico quia objectum formale genericum unum est, non triplex scilicet objectum speculabile quatenus est speculabile, non a specifico, nam specificum non modo triplex est, sed longe multiplex. Ergo divisio scientiae speculativae non petitur ab objecto formali.

Aliis tripartita illa divisio petitur a principiis illarum scientiarum.

Refelluntur: quia vel petitur a primis principiis vel a derivatis: Neutrum dici potest; non a primis principiis; unicum est enim jam principium: non a derivatis. Longe enim plura sunt principia derivata quam tria. Ergo tripartita illa divisio scientiae speculativae repetitur a principiis illarum scientiarum.

Thomistis tripartita divisio scientiae petitur a triplici abstractione a materia: scilicet a materia singulari, a materia sensibili, a materia intelligibili.

Abstractio a materia singulari est consideratio rei non spectatis

singularibus. abstractio á mãa sensibili ẽ consideraõ rei ẽ spectatis ejus qualitatibus sensibilibus. abstractio á mãa illigibili ẽ consideraõ rei sine ordine ad mãam eaq; duplex: realis idẽ realis separaõ ab oĩ mãa qualis ẽ in deo; et angelo; mentalis idẽ mentalis separaõ ab oĩ mãa, qualis ẽ in ente substantiae et accidente generatim sumptis.

Dicunt itaq; physicam abstrahere á mãa singulari, ẽ sensibili; matematicam puram á mãa singulari et sensibili, ẽ illigibili: denique; methaphysicam á mãa singulari sensibili et illigibili.

Caeteris vulgo tripartita divisio scĩae speculativae totalis petitr á solo sapientum arbitrio.

haec autem ultima scĩa cum prioribus facile conciliatr, si nimirum dicatr tres scĩas speculativas totales duplicitr considerari; vel quatenus sunt ab invicem distinctae, vel quatenus sunt totales. priori consideraõe tripartita divisio petitr ab objecto foãli; propriis principiis et triplici abstractione á mãa; posteriori tripartita divisio petitr ~~pet~~ á solo sapientum arbitrio; ideo enim tres sunt scĩae speculativae totales quia sic visum ẽ sapientibus quibus si aliter visum fuisset plures forent vel pauciores

2.54 Subalternatio Seu subordinatio scientiarum est dependentia unius ab altera: ut medicinae a physica. Superior dicitur subalternans seu subordinans: inferior dicitur subalternata seu subordinata, quamobrem totupliciter est subalternatio scientiarum, quotupliciter dependentia unius ab alia. porro tripliciter est dependentia unius scientiae ab alia, scilicet ratione finis, ratione principiorum, et ratione objecti.

Ea scientia subalternatur alteri ratione finis, quae ad alterius finem ordinatur: sic militaris subalternatur ratione finis, quia ordinatur ad finem politicae, scilicet tranquillitatem publicam. –

Ea subalternatur alteri ratione principiorum quae sua principia ab ea mutuatur: sic medicina subalternatur physicae ratione principiorum, quia sua principia mutuatur a physica.

Ea subalternatur alteri ratione objecti quae objectum suum ab alia mutatur; sic physica particularis subalternatur generali, quia suum objectum ab ea mutuatur. dupliciter autem una scientia subalternatur alteri ratione objecti: vel ita ut objecto superiori addat differentiam essentialem ut physica particularis quae addit differentiam essentialem objecto physicae generalis; vel ita ut addat differentiam tantum accidentalem: ut medicina quae addit differentiam tantum

accidentalem objecto physicae. quae addit differam essentialem, 2.55.
speciem superioris; quae vero addit differentiam tantum
accidentalem, non est species superioris.

Subalternatio propria tres requirit conditiones: ja est
ut objectum subalternantis et subalternatae sit idem essentialiter.

Secunda ut subalternata addat differam accidentalem
objecto subalternantis.

Tertia ut conclusiones subalternantis sint principia
subalternatae.

Difficultas est utrum subalternata sit proprie scientia
in eo qui non habet subalternantem. an v.g. medicina sit proprie
scientia in eo qui non habet physicam.

Ita vero de ea re sentimus. subalternata non est proprie scientia
in eo qui non habet subalternantem. scientia enim proprie dicta est
cognitio certa et evidens; atqui subalternata non est certa et
evidens in eo qui non habet subalternantem; nam cognitio non est
certa et evidens nisi ejus principia certa sint et evidentia.
atqui in eo qui non habet subalternantem principia scientiae subalternatae
non sunt certa et evidentia; per eam enim solam fiunt certa et

2.46. Et Evidentia, quia per eam solam demonstrantur. Ergo subalternata
ex propria scientia in eo qui habet subalternantem, ex vero scientia
propria dicta in eo qui habet subalternantem; nam cognitio certa
Et evidens rei necessaria per causam ex scientia propria. atqui
subalternata in eo qui habet subalternantem ex ejusmodi sic
medicina in eo qui habet physicam certo et evidenter
cognoscit vulnera circularia difficilius curari; quia ejus
latera magis distant. Ergo subalternata ex propria scientia in
eo qui habet subalternantem.

Obiicies: scientia propria dicta procedit ex propriis principiis,
et ex alienis. atqui subalternata ex alienis procedit nimirum
ex principiis subalternantis. Ergo subalternata ex propria
scientia etiam in eo qui habet subalternantem.

Disquo mi: subalternata ex alienis procedit; ex alienis
secundum quid, C: ex alienis simpliciter, n. itaq; ad scientiam propriam dictam
satis ex quod ex propriis principiis simpliciter id ex quae et sint
prorsus aliena, procedat: subalternata autem procedit ex
propriis principiis simpliciter subalternans enim et ex simpliciter
aliena et subalternata; sed secundum quid tantum; utriusq;

Enim idem est essentialiter objectum quam obrem ostendunt distinctae sciae quam ejusdem sciae totalis distinctae partes.

Artus 2us Qualis

Sit Scientia

Proprietates sciae illigentiae et comparatione ejus cum aliis habitibus mentis.

Phus confert sciam cum illigentia et opinione, nos etiam cum fide comparabimus.

Illigentia est habitus cognoscitivus primorum principiorum sine discursu.

Porro circa illigentiam ista quaerimus: 1o an illigentia disgnatur ab illectu: 2do an inest humano illectui ab origine, an per actus comparetur.

Conclusio Prima

Illigentia seu habitus jorum principiorum realiter disgnitur ab illectu.

Probatur: habitus naa determinatus ad veritatem realiter

2.58. distinguitur ab eo quod est indiferens ad veritatem et falsitatem atqui
illigentia est habitus, naa sua determinatus ad veritatem;
illectus vero ad veritatem et falsitatem indiferens est. ergo
illigentia realiter distinguitur ab illectu

2da Clus

Illigentia seu habitus jorum principiorum per
actus pprios acquiritur, o inest aborigine.

Prover: omnis habitus realiter distinctus ab illectu humano
per proprios actus comparatur, o inest vero aborigine; illectus
enim ab origine est velut tabula rasa; proindeq; nullo habitu
informata; atqui ex dictis illigentia est habitus realiter
distinctus ab humano illectu. ergo o inest aborigine, sed per
actus pprios comparatur.

Et vero quod inest aborigine vel ab essentia fluit instar
pprietatis, vel adeo infunditur. atqui illigentia nec fluit
ab essentia instar pprietatis; nullus enim habitus est
pprietas naa, nec adeo infunditur, quia hujus infusionis
nulla est necessitas. ergo illigentia o inest aborigine, sed
per actus comparatur.

Obiiea jo: habitus naalis est tantum necessarius

Ut tollat difficultatem operandi: atqui nulla est difficultas Cognoscendi ja principia utpote Evidentissima. Ergo nullus est habitus jorum principiorum.

Disgno mi: nulla est difficultas Cognoscendi ja pprie nulla difficultas positiva, C: nulla difficultas negativa, N. Equidem circa ja principia Cognoscenda nulla est difficultas positiva, id est petita a positivis impedimentis, v.g. ab obscuritate jorum principiorum; est tamen difficultas negativa, id est negatio summae facilitatis quam acquirit illectus per actus repetitos Cognoscendi ja principia. porro ad habitum naalem satis est quod tollat negativam difficultatem: necesse est ut tollat positivam.

Obiies 2do: habitus a sensu et experientia producitur et acquiritur per actus pprios. atqui illigentia a sensu et experientia producitur. Ergo et acquiritur per actus pprios.

Disgno: illigentia a sensu et experientia producitur, mediate et dispositive, C: proxime et efficienter N. illigentia quidem a sensu et experientia mediate et dispositive producitur, id est tanquam a mediata et remota dispositione, per actus

2.60. per actus tamen proprios immediate et efficienter producitur;

omnis enim habitus naturalis et acquisitus per actus proprios

immediate et efficienter producitur. atqui intelligentia est habitus

naturalis et acquisitus. Ergo per actus proprios immediate

et efficienter producitur.

Caeterum Licet intelligentia per actus proprios comparetur

per contrarios tamen conficio non potest quia ab intellectu non possunt

exerceri actus intelligentiae contrarii; non potest enim intellectus

exercere circa ja principia, nec iis ut pote evidentissimis

assentiri; quo intelligentia disquirit ab aliis virtutibus intellectus

quae licet per actus proprios comparentur, ita et per contrarios amittitur.

Monet primus intelligentiam esse nobiliorem scientia ut pote eam certiorem

evidentiorem, quamobrem proprius accedit ad cognitionem divinam quia scientia discursiva

quemadmodum nec cognitio divina; scientia vero discursiva est. —

quod ad solertiam, opinionem et fidem pertinet;

Solertia est subtilitas inveniendi medii brevissimo tempore.

sic solere dicitur qui viso pauperem altercante cum divite statim

conjicit divitem pauperi nautico dedisse pecuniam de cujus

solutione altercantur. Sagacitas ergo est subtilitas inveniendae causae

alicujus effectus tacite et derepente.

Opinio est assensus determinatus datus propositioni probabili

propter rationem probabilem.

Dr: assensus determinatus ut opinio disgnatur a mero dubio et suspicione; dubium enim est carentia determinati assensus: suspicio est sola propensio in assensum determinatum ex pluribus sciet conjecturis.

Additur datus propositioni probabili, id est propositioni contingenti quae potest aliter et aliter se habere. Fides est assensus determinatus propter authoritatem denunciantis.

Duplex est fides divina, id est assensus determinatus propositioni propter authoritatem dei renunciantis aut revelantis. humana, id est assensus determinatus propositioni propter authoritatem hominis renunciantis.

Opinio et fides humanae sunt incertae, negativae sciet non positivae; nam illud dr incertum negative quod habet in se carentiam certitudinis scientificae. atqui opinio fides humana habent in se carentiam certitudinis scientificae; non habent enim certitudinem scientificam. Ergo sunt incertae negative, vel ut alij loquuntur permissivae.

non sunt autem incertae positive, siquidem illud ō ē incertum positive quod ō parit incertitudinem dubitationem. atqui opinio et fides humana ō pariunt incertitudinem et dubitationem; nam si parerent incertitudinem quoplures congerentur rationes probabiles plures authoritates, eo esset major incertitudo major illectus dubitatio, sed hoc manifestè falsum ē quamobrem opinio et fides humana ō sunt incertae positive quod diligenter ē observandum.

fides etiam divina dr obscura, negative sciet et ō positive, quia in se habet carentiam evidentiae scientificae, ō positive, id ē ō parit obscuritatem. nullum enim lumen obscuritatem parit. porro fides divina lumen ē supernaturale, quamobrem ō ē inevidens ceu obscura positive.

quaeritur jam an scia fides et opinio possint simul existere in eodem intellectu.

Sensus difficultatis ē an illectus possit scire deum existere, quia existunt creaturae, et simul credere deum existere quia ipse revelavit his verbis Ego sum qui sum

Denique opinari deum existere, quia populi multi consentiunt.

Thominia scia, fides, et opinio neque quoad actus neque quoad habitus simul stare possunt.

Schotistia stare simul possunt quoad habitus et actus.

Caeteris nulque stare simul possunt quoad habitus et actus.

Conclusio Tertia

Scientia, fides et opinio simul stare possunt in eodem intellectu de eadem re per diversa media quoad actus et habitus.

Probatur: Ea simul stare possunt in eodem intellectu quae nullâ oppositione propria opponuntur: atqui scia fides et opinio nullo oppositionis genere opponuntur; nam quae oppositione propria opponuntur, vel sunt contradictoria, vel privativa, vel relativa, vel contraria atque scia fides et opinio non sunt contradictoria, privativa, relativa, aut contraria; non quidem contradictoria aut privativa; nam contradictoria et privativa se habent ut ens et non ens, non ut plura entia; atqui fides scia et opinio se habent ut entia plura, ut agnoscunt omnes; unumquodque; nam illorum

2. 64 illorum est actus, aut habitus positivus. ergo non sunt contradictoria aut privativa: non sunt enim relativa; nam relativa sine se invicem concipi ac definiri non possunt: atqui scientia fides et opinio sine se invicem concipi ac definiri possunt, ut patet ex earum definitionibus. ergo non sunt relativa. deniq; non sunt contraria; contraria enim sub eodem genere maxime distant. atqui scientia fides et opinio sub genere actus aut habitus intellectus maxime non distant: nam habitus idem affirmantes vel negantes maxime non distant, habitus enim negans maxime distat ab affirmante quam duo affirmantes ab invicem; atqui scientia fides et opinio sunt habitus idem affirmantes et idem negantes, ut supponimus; scientia v.g. affirmat deum existere, quia existunt creaturae, fides affirmat nos deum existere quia ipse revelavit. Pr deniq; affirmat opinio quia multi populi consentiunt; ergo non sunt contraria. proindeq; multa oppositione opponuntur sive quoad actus sive quoad habitus.

Objicies jo: cognitio certa et incerta non possunt simul stare, alioquin intellectus esset certus et incertus de eadem re: atqui scientia est cognitio certa, et opinio incerta; ergo scientia et opinio stare simul non possunt in eodem intellectu.

Dgno maj: cognitio certa et incerta positive C: incertat negative tamen n.

Instabis: si intellectus certus esset per scientiam et incertus simul negative per opinionem, certitudo et incertitudo simul essent in eodem intellectu;

Atqui certitudo et incertitudo non possunt esse simul in eodem intellectu. Sunt enim contradictoria; ergo intellectus non potest simul esse certus per scientiam et incertus negative de eadem re per opinionem.

Dignus si intellectus simul de eadem re certus esset per scientiam et incertus negative per opinionem, certitudo et incertitudo simul essent in eodem intellectu ut subiecto remoto, idem mediato, etc: ut subiecto immediato n. quamobrem licet contradictoria non possint esse in eodem subiecto proprio; possunt tamen esse in eodem subiecto remoto at ut sint in eodem subiecto remoto sufficit quod idem possit simul esse et non esse per diversas formas. atqui idem potest esse et non esse per diversas formas, sic aqua est calida per calorem et non calida per humiditatem. ergo duo contradictoria possunt esse in eodem subiecto remoto; proindeque certitudo et incertitudo possunt esse simul in eodem intellectu ut subiecto remoto et mediato certitudo quidem mediante scientia; incertitudo vero mediante opinione.

Objicies 2do: ex philosophia fieri non potest ut quis habeat de eadem re scientiam et opinionem.

Disgnio: si scientia affirmet, quod negat opinio, etc: si idem affirment vel negent, n.

Instabis: impossibile est iudicari intellectum idem non posse aliter se habere et simul posse non aliter se habere. atqui qui habet scientiam, iudicat rem non posse aliter se habere. qui vero habet opinionem iudicat rem aliter se habere posse. ergo intellectus

2.66. nunquam habere potest sciam et opinionem.

Disgno secundam partem minoris: qui habet opinionem judicat rem aliter se habere, judicat per accidens si destituatur omnis scia, C: per se et ex natura opinionis, n. si enim per se et ex natura opinionis judicaret intellectus rem posse aliter se habere, quo plures congererentur rationes probabiles, eo magis judicaret rem posse aliter se habere.

Obiectio 3o: o magis scia et opinio simul stare possunt, quam scia et error. atqui scia et error simul stare o possunt; sunt enim contraria. ergo scia et opinio.

Nego maj: et paritatem; ratio disparitatis est quia scia affirmat quod error negat, ideoq; scia et error contraria sunt; at vero scia et opinio idem possunt affirmare aut negare, proindeq; possunt o ea contraria. scia semper vera est, error semper falsus; at scia et opinio possunt esse simul verae. quod si scia et error possint idem affirmare per diversa media, ut quidam arbitrantur, tunc scia et error simul stare possint quia nulla oppositio propria opponerentur.

quod dictum est de scientia et opinione ratione certitudinis et incertitudinis, proportione servata intelligendum est de scientia et ~~opi~~ fide divina ratione evidentiae et inevidentiae; fides enim divina est inevidens negative tantum ~~et~~ et positive; cum hoc tamen discrimine quod scientia possit affirmare quod negat opinio, quia opinio potest; scientia vero nunquam possit affirmare quod negat fides divina, quia neutra potest esse falsa sed utraque est necessario vera.

Objicies 4°: si scientia et fides divina simul starent, fides haberet meritum ubi humana ratio praebet experimentum. atqui ex sancto gregorio fides non habet meritum, ubi ~~nulla~~ S.tus gregor. humana ratio praebet experimentum. ergo scientia et fides divina simul stare non possunt de eadem re in eodem intellectu.

Distinguo mi: fides non habet meritum ubi humana ratio praebet experimentum, in eo qui assentitur propter solum humanae rationis experimentum, C: in eo qui assentitur propter authoritatem dei renunciantis seu revelantis, N. quem admodum enim fides divina posita est in solo assensu propter authoritatem dei revelantis, sic in eo solo positum

totum eius meritum.

Ex quo colligitur tres actus aut habitus scientiae et ideo opinionis stare simul posse de eadem re in eodem intellectu per diversa media; unum tamen non posse esse alium, quia idem medium, et idem objectum formale non habent.

Tertia Partis Logicae

Finis

Pars 4a Logicæ De Quartâ Mentis operaõe.

Artus Primus An Et quid sit.

Quarta mentis operaõ ē methodus:

Methodus ē ars bene Docendi et discendi.

Existit methodus; nam alij aliis in docendo et discendo procedere rectius ōpossunt absq; methodo Convenientiori. atqui certum ē alios aliis rectius procedere Cum in discendo tum in docendo; hoc enim patet experientiâ. Ergo existit methodus.

Methodus bene definitē judicium rectens disciplinæ partem quatenus disciplinæ partem Cum aliâ.

In qua definitiõe judicium tenet Locum generis, Cæteræ particulæ Locum differentiæ

Difficultas est an methodus sit instrumentum sciendi cum oratio Logica, quemadmodum definitio, divisio, et argumentatio.

Conclusio 1a:

Quatuor sunt instrumenta sciendi, scilicet definitio, divisio, argumentatio, et methodus.

Probatur: Instrumentum sciendi illud est quod per se et propria virtute facit veritatem clariorem. atqui quatuor allata per se et propria virtute faciunt veritatem clariorem; Definitio quidem explicans naturam rei; Divisio explicans rei partes, argumentatio inferens minus notum ex notiori; Denique methodus partes disciplinae apte disponens. Ergo sunt quatuor instrumenta sciendi; scilicet definitio, divisio, argumentatio et methodus.

Quamobrem apprehensio simplex ut apprehensio praecisa, et enunciatio quatenus enunciatio praecisa non sunt instrumenta sciendi, quia per se et propria virtute non faciunt veritatem clariorem, sed tantum continent definitionem et Divisionem, vel quatenus ingrediuntur argumentationem et methodum.

Objicies: Si quis dubitet utrum Sol sit major terrâ affirmatio viri docti faciet veritatem clariorem. Ergo affirmatio seu enunciatio est instrumentum sciendi.

Disquo antecedens: affirmatio viri Docti faciet veritatem clariorem, mediante argumentatione, quam ingreditur, c. perse et immediate, n. hoc igitur pacto affirmatio viri Docti faciet veritatem clariorem, Credendum est ei qui nec fallitur nec fallit. atqui vir ille Doctus ~~ne~~ affirmans solem esse majorem terrâ nec fallitur nec fallit, ut Credibile est. Ergo Credibile est solem esse majorem terrâ.

Quid sit definitio, divisio argumentatio, Et quae sint earum Leges fuse dictum est in Loco compendio.

Articulus Secundus
Cur qualis Et quotuplex sit methodus.

Eaedem sunt causae methodi proportione servatâ quae operationis mentis generatim.

Proprietas est quod apto ordine constituto faciat veritatem clariorem.

Duplex methodus analitica seu resolutoria, et scintetica seu compositoria.

Analitica ea est quae procedit a toto ad partes, ab inferiori ad superius, dr q; methodus inventionis, quia in sciis inveniendis procedit a toto ad partes, ab inferiori ad superius.

Scintetica ea est quae procedit a partibus ad totum, a superiori ad inferius, dr q; methodus doctrinae, quia in Docendis sciis proceditur a partibus ad totum, a superiori ad inferius.

Finis

Totius Logicae

A. D. J. Ch. 1687. 5° Die Decimo Martij



2.76.


SOCRATES
SIMONIDES



Socrate Philosophe Athenien iugé par l'Oracle mesme d'Apollon pour le plus sage de tous les hommes fut fils d'un statuaire. d'Athenes, il escouta premierem^t. Anaxagoras, ensuite archelaus, il fut le premier jnuenteur de la Philosophie morale et Precepteur du diuin platon accusé d'auoir de mauuais sentimens des Dieux il fut condanné a boir de la cigue, le peuple eut vn si grand desplaisir de sa mort quil luy dressa vne statue d'or et punit les accusateurs

Commentarius in Universam Artis Eticam Praefatio

Philosophiam rationalem seu Logicam, quam veteres rationis philosophiae complexi sunt, moralis excipit, illa mentis, haec voluntatis actiones dirigit ac perficit: illa quid verum sit, quid falsum, quid consentiens, quid repugnans judicat; haec quae sit honestae vivendi ratio, quid justum, qui iniquum, nos docet, ac mores praeceptis et ratione format. nam ut ars illa veri et falsi disceptatrix, quae Logica dicitur, initium a natura, summam a doctrina et usu accipit: sic honesti justique disciplina, quam aethicam dicimus, a natura quidem est inchoata, quae primos velut impetus ad virtutem dedit, sed nisi mores subinde excolantur, et doctrina perficiantur, ea virtutum

2. Semina aut igniculi animis nostris congeniti, malis moribus et opinionibus ita restinguuntur; ut vix interluceat naturae lumen.

Itaque praeter naturalem illam et mentibus nostris innatam, alia quoque nobis est necessaria moralis philosophia, quae doctrinâ et consuetudine comparetur; quae difficultates innumerabiles usu et praeceptis amoveat, varios quibus induimur errores corrigat, morbis demum animi medeatur. neque enim, ut ait Tullius, id probari potest, ut sibi mederi animus a possit, cum ipse medicinam corporis invenerit. quamquam illud merito demiratur quid causae sit, cur cum constemus animo et corpore, corporis curandi, tuendique causa quaesita sit ars, atque eius utilitas deorum immortalium inventioni consecrata; animi autem medicina nec tam desiderata sit, antequam inventa, nec tam culta posteaquam cognita est.

Et si vero est dubitamus quin omnis vitae instituendae ratio a Christiana relligione sit repetenda, quae una omnes animi morbos detegit, et curat: tamen id theologis explicandum relinquimus nec partes nostras omittamus, alienas demum occupemus. quare legem illam animis nostris incisam, quae naturalis dicitur, potissimum hoc loco consulimus, atque ex ea clarius ratione dum

Eruimus; quae q; a phis tradita sunt, aut controversa, pertractanda suscipimus.

Cum tamen lumen illud naturale peccati originalis labe et pravae consuetudine plurimum fuerit imminutum, et pene obscuratum, non ab ipsis tantummodo phis, sed multo maxime a christianae religione et sacris libris verae sapientiae praecepta sunt repetenda.

Quocirca id nobis maxime est propositum ut morum sciam ex phorum libris, sed etiam ex sacris authoribus, quantum instituti nostri ratio pateretur, depromptam traderemus, sic tamen ut meminerimus nos phiam, non theologiam tractandam suscepisse. Sed illud sper viros graves et pios malehabuit, quod plerique phi nulla fere praecepta morum tradant, dum quaestiones alias ex aliis et plerumque inutiles nectunt. nulla fere ex iis quaestionibus, quae exercendis adolescentum ingeniis utiles nobis videntur, quaeque in scholis tradi solent, a nobis est praetermissa sed praecepta moribus instituendis accommodata et profanis scriptoribus desumpta suis quaeque locis sic inservimus, ut seriam utilitatem aliqua delectatio perfunderet ut varietas ipsa ~~sciam~~ sententiarum

Lectorum animos pliceret, et fastidium quod huic generi studiorum plerumq; adherescit poenitus abstergeret.

phia Inquit Tullius, nos jam ad dei cultum, deinde ad jus hominum, tum ad modestiam magnitudinemq; animi prudenti. quid igitur deo, quid nobis ipsis, quid aliis debeamus, quantum id saltem lumine naturali nobis potest innotescere, explicandum, nec otiosis quaestionibus, nec magni ad formandos mores momenti contentis esse debemus. Sed priusquam hoc ipsum agamus perpauca de phia moralis natura dicenda sunt antebrevitate.

Quaestio Praemialis De ipsa morali.

Articulus 1.us An sit et quid sit.

Existere morales series rerum dicendarum a nobis demonstrabit.

moralis est scia seu prudentia directiva operationum voluntatis ad honestatem.

Cujus quidem definitionis singulae particulae controvertuntur quamobrem sit.

Prima Clus

Moralis Ceu Ethica est scientia proprie dicta.

Probatur: jo, quod ex certis et inconcussis principiis certas et indubitatas clusiones eruat. nihil enim est in scientiis aut certius aut evidentius, quam reddendum esse unicuique quod suum est; parentes coli oportere; Deo ut conditori nostro, cui nos nostraque omnia debemus, parendum esse, et alia paene innumera, ex quibus certae clusiones eruuntur. Ergo ex sc. 2do, omnis syllogismus, ut aristoteles docet in analiticis, aut est demonstrativus, aut topicus, aut sophisticus, atque omnis habitus discursivus et per syllogismum acquisitus, ad triplex hoc genus referri potest: sed ethica non est habitus sophisticus, nec maxime thopicus cum ex principiis certis et necessariis constet. Ergo restat ut sit vera et proprie dicta scientia ceu habitus demonstrativus.

Secunda Clus

Moralis prudentia quoque dici potest.

Probatur: prudentia definitur ab aristotele habitus vera cum ratione activus circa ea quae sunt hominis bona vel mala. sed

6. phia moralis est habitus vera cum ratione activus; nam actus voluntatis regit; quae sequi debeamus, quae fugienda praecipit; atque eo potius tendit, ut nos bonos, quam ut doctos aut peritos efficiat. Ergo aethica non solum scientia, sed et prudentia dici merito potest. Unde et politica, quae est pars moralis phiae, non ab artis modo, sed et vulgo civilis prudentia nominatur.

Actio ad prudentiam, ut effectio ad artem proprie pertinet; illa est voluntatis, et per se expetenda, quaeque agentem simpliciter bonum efficit: effectio est operatio artificiosa quae ab ingenio, seu ab intellectu potius, quam a voluntate proficiscitur: unde ad aliud referri solet, neque per se, ut actio honesta expetitur; atque ex effectione homo non simpliciter bonus, sed secundum quid dicitur, ut bonus architectus, aut pictor. Sed moralis phia circa voluntatis actiones versatur, in quibus magis intentio, quam industria et quo animo quis agat, quam quid efficiat, spectamus. Unde ut docet artes, in actione qui consulto et de industria peccat, magis est in vitio, quam qui inconsulto et non animo offendit: contra atque in artibus evenit. Ergo omnes conditiones quae ad prudentiam requiruntur, in moralem phiam cadunt, quae actus voluntatis regit et format. Hinc artes loco citato, circa actionem, inquit,

Et agibilia versatur prudentia; Circa factionem vero et factibilia ars.

Ut Logica simul est ars et Scia, ac theologia, Scia quoq; est et Sapientia: sic nihil obstat quominus aethica Scia simul et prudentia dici possit, Scia quidem est quatenus veras habet demonstrationes, ut vitium esse fugiendum quia malum est: est itidem prudentia, quatenus est ratio honeste vivendi, ac prudentiae proprium est bona eligere, mala fugere.

Hinc Sapiens proverbiorum nono, Scia Sanctorum ea est prudentia, quia scilicet rectum a pravo secernunt.

Hinc Etiam veteres philosophi aethicam interdum artem definiere. nam Latiore significatu artem dicimus habitum mentis, qui juxta directrices quasdam regulas operatur; Cumq; praecepta sequitur, quae habitus ipse praescribit, aut facit, ut ars medendi, ut Loa ipsa, tum ars simul est et Scia. itaq; moralis disciplina Cum actus humanos regat et disponat, hoc sensu ars dici ut Cumq; posset. Cum autem sit activa et factiva ars proprie dici debet, sed magis prudentia, quod ea in bonis eligendis et malis fugiendis versetur. hinc plutarcus duo rerum genera distinguit, unum earum quae sunt perse, ut caelum, terra, sydera; et circa eas versari

8. sapientiam, seu sciam docet: aliae vero ad nos referuntur, ut bonum et malum, jucundum et molestum, quae ad prudentiam proprie pertinent.

Objices: illi sunt diversi habitus, quorum principia, actus, objecta ipsa sunt diversa: sed moralis et prudentiae jam diversa sunt principia: illius enim principia sunt universalia, ex quibus clausas universas eruit; prudentia vero deliberat et praecipit quid agendum sit, hic et nunc: atque ex intentione finis quasi ex principio singulari conclusionem elicit. hinc saepe accidit, ut qui a morali philosophia sunt optime instructi, imprudenter vivant, temere agant, et turpe honesto anteponant. objectum utriusque est diversum: utraque enim circa actiones humanas versatur: sed illas, ut dictum est, moralis universim, prudentia particulatim et certis circumstantiis circumscriptas considerat. actus moralis philosophiae est scire; actus prudentiae est bene judicare, aut praecipere, idque ex recta finis intentione quae principii locum obtinet. ad hanc quoque pertinet recte elegere, aut concludere quid sit faciendum, quid fugiendum. postremo pravi affectus prudentiam corrumpunt, sed moralem philosophiam non vitia, non animi perturbationes sed sola duntaxat ignorantia rerum

rerum agendarum eam destruit. Ergo oio diversa ē a prudentiâ.

Respondeo duplicem esse prudentiam; unam gralem, quae quid faciendum sit, praecipit et judicat. Cujusmodi est aethica, quae, ut diximus, est habitus vera cum ratione activus in his quae sunt hoj bona vel mala; alteram esse particularem, quae clusiones a gralj prudentiâ deductas ad usum applicat. Eaq; est virtus quae voluntatem circa res eligendas, aut fugiendas dirigit, cum res et tempora id exigunt. Itaq; una ab altera ō aliter fere disgnitur, quam Logica docens et utens; aut medicina generalis, quae structuram corporis, partium usus, morbos, seu laesas functiones, medicaminum vires, curandj rationem docet, et pars illa artis medendj quae his utitur praeceptis, cum res et occasio postulant. Sic in oj fere artes praeceptorum cognitio ab usu et peritiâ ipsâ, si minus natura et essentia, certe officio disgnitur.

Itaque ad argumentum responderj potest, disgnendo maj; ubi principia actus et objecta sunt diversa, ibj sunt et diversj habitus, si principia unius ō ducantur ex principiis alterius, aut si objectum unius ō contineatur alterius objecto, aut si actus deniq; unius ō subordinentur actibus alterius, c;

10. Secus, n. sic prudentiæ principia particularis sunt clusiones ex generali seu ex morali philosophia deductæ; objectum illius objecto æthices cluditur. actus denique prudentiæ particularis a generali prudentia reguntur.

Tertia Clus.

Moralis est directiva operationum voluntatis ad honestatem seu, ut loquuntur, objectum moralis sunt actiones humanæ, ut ad honestatem dirigendæ.

Probatur: illud est objectum alicujus disciplinæ integrum et adequatum, cui conditiones omnes ad objectum requisitæ ejo conveniunt: sed actio humana ut ad honestatem conformanda omnibus est prædita conditionibus, quæ objecto scientiæ alicujus inesse debent. 1o enim tantum patet quantum moralis disciplina. 2do, quæ tractantur in æthica ad eam referuntur, vel ut partes, vel ut proprietates, vel demum ut principia. 3o, ab omnibus aliis disciplinis æthica distinguitur, quod circa actiones morales, quæ scient ad honestum ratione dirigi possunt, ea versetur: ergo &c.

Atque actiones quidem sunt objectum materiale; rectitudo

autem formalis, ceu forma quam haec scientia in actus voluntatis conatur inducere.

Articulus 2dus Cur, qualis, Et quotuplex sit aethica.

Causa formalis aethicae nulla, materialis in qua ceu subiectum intellectus, qui est etiam causa efficiens illius: finalis optima morum institutio.

Haec proprietas moralis ab artis dicitur, quod juvenes minus idonei sint ejus auditores, quod actionum quae in hac vita versantur imperiti et plerumque libidinum aestu abrepti, morum praecepta negligant, verum id forte verum est de civili scientia, aut politica, quae maturum hominem et expertum postulat: et de aethica ipsa, quae molli et flexibili aetati est utilissima, tum ut mores ad honestatem conformet, tum ut morbos animi sanet, et perturbationibus quae in ea aetate majores habent impetus, modum adhibeat. quid enim ante expectandum erit dum vitia adolevierint, et altas radices egerint, ut optimis praeceptis imbuantur.

12 quocirca ~~ea~~ nemineni cujuscumq; sit ~~aetatis~~ ab huius ~~ad huius~~ disciplinae studio arcendum putamus. nam et boni progressus facere ac perfici, perversi vero emendari possunt, si praesertim ab adolescentia vitium inoleverit. proverbium est inquit sapiens, adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Cui non adsimile est illud poetae: quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu. hinc etiam illud ecclesiastici: qui diligit filium instanter erudit: et istud, curva cervicem ejus in juventute, ne forte induret et credat tibi. Et quidem a pueritia ea sunt spargenda semina quae nutrere volumus. nisi enim in tempore erudieris et correxeris ut tenellam arborem, in malo fiet obduratus et inflexibilis.

Variae moralis divisiones nullo circumferuntur, sed usitata magis et institutonostro aptior est moralis divisio in gralem et specialem: generalis mores hominum ad felicitatem format adipiscendam, praeceptis imbuit quae omnibus sunt communia, et ad bene vivendum necessaria. Eaq; proprie est aethicae quam tradere decrevimus.

Aethicae gratia tres subiiciuntur species, monastica, oeconomica et politica, nam hominem spectare licet, vel quatenus sui unius curam gerit et est singularis, tumque monastica eum regit; vel praeterea is esse potest ad quem familiae cura pertinet, aut etiam administratio reipublicae, ut ei domus cura incumbit, ab oeconomica instruitur; politica vero eum instituit qui aliis praeest, cuique legum condendarum aut tuendarum munus creditum est. ja proprie uniuscuiusque, 2.da familiae 3.a reip. saluti consulit.

Prima in doctrinae ordine est monastica, aut potius aethica: ob enim video quid aethicae adjiciat monastica. hanc excipit oeconomica, quae familiam spectat, quaeque mariti in conjugem parentum in natos, domini in servos mutua officia praescribit: postrema est politica, quae dignitate et auctoritate est ja, nam eo tendit ut omnes bene et feliciter vivant. Cum enim hoc aliorum ope et auxilio indigeat, tum in iis quae adiutam sunt necessaria, a familia adjuvatur. a civitate vero, vel a rep. id habet ut commode et tuto vitam possit ducere.

Ac de vulgari quidem moralis philosophiae divisione diximus quanquam quae dicitur monastica, cum aethica ipsa ab arbe

14. merito confunditur. hanc vero potissimum nunc exponendam
ingredimur, quae reliquas in subjectas sibi species quodam
modo complectitur. nam in ea praecipue explicanda operam
suam posuit philosophus in duobus libris magnorum moralium,
tum in septem ab eudemum; tum deniq; in decem aeticorum
Libris quos adnicomacum filium conscripsit; ut librum
omittam de virtutibus, aeconomicam vero duobus, politicam
octo Libris complexus est.

Nos utique moralem universim tradituri, decem
aethicorum Libros quam poterimus dilucide et breviter
explanare conabimur, nec multum abeo quem sibi
proposuit ordinem philosophus, recedemus. in duas partes
moralem nostram dividemus: ja erit de actu humano
ejusq; principiis internis; 2da de principiis externis.

Pars Prima
æthicæ.
De Actu humano Ejusque Principiis Externis.

Quæstio Prima
De
Bono.

Artus 1.us An et Quid sit.

Existere bonum notum est.

Veteres phos Laudat aetes, quod bonum dixerint ad id quod oia appetunt, quod quidem o e ita illigendum ut nullum sit bonum quodab oibus o appetatr, aut quod idem bonum oia expetant: id enim manifestè falsum est: nisi forte boni nomine summum bonum illigas, ad quod oia referuntr. res enim unaquæq; eâ raoe e bona, quod

16. sit participatio quaedam summi illius boni, quod rerum omnium principium est et finis, nihil quippe in rebus creatis est boni, quod a summo bono non profluat, et in illud quodammodo non redeat; sicque universale bonum ab omnibus quodammodo expetitur.

Haec cum vera sint, minus tamen videntur ad mentem aristotelis accommodata cum eodem in loco doceat, ex bonis quae expetuntur, alia esse aliis annabiliora; quod utique de summo bono dici non potest. Itaque sic promulgata illa boni descriptio videtur intelligenda, quod nihil expetatur, nisi idem habeat rationem, aut speciem boni.

Appetitus porro est quaedam propensio qua res quaeque nititur in suum bonum, aut in suam perfectionem. nam ideo res unaquaeque est expetibilis, quia alteri convenit, adeo ut bonum definiri possit id quod est conveniens, id circo autem bonum rei alteri convenit, quia illam perficit: quamobrem essentia illius boni, aut bonitatis ratio vel essentia in eo posita est quod rem cui dicitur bona aut conveniens perficiat. atque ut bonum absolutum in perfectione soluta, vel in ipsa

integritate consistit, ita bonitas relativa qualem hoc loco quaerimus, in eo posita est quod sit alterius rei perfectio, et quidem ob eam maxime rationem bonum est natura sua appetendum quia perficit: nam cuncta appetunt suam perfectionem

Appetitus itaque, ut mox diximus, nihil est nisi rei cujusque propensio in suum bonum: nam res quaeque suam sibi velut jure naturali debitam perfectionem expetit. actio ipsa aut nisus in bonum, aut amor sanitatis aut voluptatis, appetitus elicitus dici solet, sed vis ut facultas nobis ingenita, quae hunc actum elicit, innatus appetitus nominatur: hinc triplex vulgo statuitur: naturalis sentiens et rationalis. primus rebus omnibus insitus vulgo creditur. sic nihil est in scholis usitatius, quam gravia naturali appetitu, seu inclinationem quaedam deorsum ferri, levia sursum. quamquam fateor id intellectu arduum videri, cui fieri possit ut res sensus et cognitionis expertes aliquid expetant. quare illae inclinationes nihil aliud forte fuerint, quam certe motuum leges ab authore naturae constitutae in rebus cognitionis et sensus expertibus. quare ut appetitum naturalem in nobis, imo et in brutis agnoscimus, qui scient omnem ~~disti~~ cognitionem distinctam

18 praecurrit sic quaedam ad bonum ipsum inclinatio nobis congenita et naturalis dici potest: et unum ab authore naturae impressa. hinc bonum aliquod nobis convenire ob rationem tantum, aut cognitionem per sensus acceptâ, sed sensu quodam intimo percipimus.

Quae igitur instinctu naturae, et velut impetu agimus haec ad naturalem appetitum pertinent; quae sensuum cognitionem sequitur inclinatio, ut magna pars affectuum animi, haec ad sentientem pertinet appetitum: sed quae mentis cognitionem sequitur propensio, appetitus rationalis, seu voluntas nominatur, qui a natura est appetitus, in id quod sibi conveniens est, fertur, neque a suo fine aberrat unquam; est quippe impressio ab authore naturae profecta: sed appetitus et sentiens et rationalis, persaepe a scopo deflectunt et speciem boni, ob bonum ipsum, aut sensu fallente, aut mente ipsa in errorem ejecutâ, aut prava libertatis usu consectantur.

Articulus Secundus

Cur quale Et quotuplex Sit Bonum.

Causae boni generatim nullae sunt.

Proprietas est ejus expetibilitas.

Prima et summa boni divisio est in bonum per essentiam, et bonum per participationem: hujus divisionis philosophus in magnorum moralium initio meminit. illud unideo convenit, christo ipso testante: nemo, inquit, bonus nisi solus deus. quidquid vero est in rebus creatis boni, id valde angustum est, et participatum, seu aliunde acceptum. illud est universale bonum, et illimitatum, quod omnes expetimus, quod confusa saltem cognitione attingimus, cum unum alteri praeponimus. cum enim unum prae altero eligimus, id quod nobis melius videtur, anteponimus ei quod deterius judicamus; melius porro dicitur quod optimo vicinius. habemus igitur notiam

20. quandam summi boni animis nostris impressam. nam ut pulchræ augustinus, ō diceremus aliud alio melius, cum verè judicamus, nisi impressa esset nobis ipsius boni notio, secundum quam et probaremus aliquid, et aliud alij præponeremus.

Bonum participatum aliud ē naāle, quod naā alicui convenit, ut sanitas aāli; aliud morale, quod regulis morum ē consentaneum: hæ porro sunt duæ, recta rāo et lex æterna, de quibus postea.

Bonum morale, quod sciēt naā rāali secundum rectam rāōem operanti convenit, ut alias omittam divisiōes, in honestum, utile et jucundum vulgo dividitr. honestum id dicitr quod rectum, quod vi suâ et per se ē expetendum, ut virtus. Bonum utile illud ē, quod ō rāōe sui, sed propter alius expetimus, ut potio amara propter sanitatem sumitr. jucundū deniq; id dicimus, ō id modo quod sentientem appetitum voluptate quadam perfundit, quodq; sæpius hōj malum quam bonum illius dicendum ē: sed id oē quod molestiam aufert vel ægritudinem; quodq; ad animum pertinet, etiamsi

ad Corpus nullo modo referatur, ut Cognitio rerum pulcherrimarum.

Quare duo solent circa hanc boni divisionem, in disceptationem venire: primum an id solum quod est rectum et honestum, bonum dici possit, ut visum est Stoicis; peripateticis contra defendentibus, id quod utile est, aut jucundum inter bona numerari. alterum quod etiam inter veteres multum fuit controversum, an aliquid quod honestum est, idem utile dicendum sit. quo utraque haec quaestio dirimatur, sit.

Prima Clus

Non id solum bonum est, quod est honestum: sed ~~bonum~~ jucundum etiam et utile in bonis sunt numeranda.

Probatur: Contra Stoicos variis argumentis, quae marcus tullius Libro quarto definibus fuse prosequitur. Unum duntaxat aut alterum ut in re manifesta afferemus. quae vero appetimus, ut nostri conservationem, integritatem partium, sanitatem, vacuitatem dolorum, delectationem ipsam; haec, inquam in bonis numerantur, licet ea dici honesta non possint. ergo est id solum bonum dicendum est quod est

honestum. Sed multa sunt praeterea in bonis habenda. Hinc merito Cicero pridet Stoicos, quod quae bona dicimus, ij praeposita, quia contrariis sunt anteponenda, et bona, non expetenda, sed sumenda appellarent. hoc quippe nihil est aliud quam verba mutare, de opinionibus nihil detrahere, et id sentire quod omnes paene philosophi, qui quod rectum est et honestum, caeteris quidem bonis anteponunt sed in bonis etiam jucundum et utile ducunt. quid enim interest divitias, opes, valetudinem, bona dicas, an praeposita?

Confirmatur: Dolor quoddam malum est ex natura contrarium: ergo voluptas ipsa, quam ad conservationem corporis aut ornaturae, aut corpori, aut animo inservit, quoddam est bonum: nam ut dolor mali, ita delectatio boni caracterem et notam gerit.

Quod, si in homine nihil esset perficiendum, nisi sola ratio, illius una perfectio, aut bonum in virtute poneretur; rationis enim perfectio est virtus ac si nihil in eo esset quam

Corpus, ō alia forent ejus bona, quam valetudo, voluptas, vacuitas doloris, et alia hujus generis, sed cum sit constet corpore et animo, summa quidem illius perfectio, honeste vivere: verum ne corpus quidem ita esse deserendum, ut in bonis ō ducenda sint quae ad naturae conservationem pertinent: ut quae illi adversantur, in malis numerantur: nam gravitate membrorum et cruciatu dolorum si quis quem levet, magnam profecto id gratiam initurus est, quod dolorem inter mala senseamus: adeo ut ō id solum quod turpe est, sed etiam id ōe quod ē naturae contrarium ut malum habeatur, hanc rationem artes et marcus tullius loco citato fusius prosequuntur.

Probatur: in hoc boni natura consistit, ut appetitum ad sui prosecutionem moveat: sed voluptas, eaque potissimum, quae est animi propria, quaeque ad cognitionem maxime pertinet, appetitum movet et allicit: ergo voluptas aut delectatio ratione sui bona dici potest. quamvis voluptas corporea saepius sit rejicienda propter ea quae sunt cum

24 voluptate conjuncta. ut in melle venenato o dulcedo
mellis, sed venenum admixtum respuitur. o dissimili
ratione o voluptas ipsa per se, sed vel actio cui conjuncta
est, aut res ex qua percipitur, aut damnum quod ex re
vel actione emergit, ut quid mali fugiendum est. at si
nulla lege, aut consuetudine, aut honestate prohibetur
tum nihil erit causae cur in bonis delectatio o habeatur. sic
nemo est qui dolorem expetat, si omnem honesti, aut utilis
rationem ei ademeris.

Quo autem iis quae a Stoicis contra opponuntur,
respondeas, meminisse oportet eos cum ar[illegible] et aliis
philosophis re consentire, verbis discrepare: nam philosophi
quae secundum naturam sunt, bona appellant, ut valere
o dolere; quae autem contra sunt, mala. Curigitur,
inquit Cicero, cum dere conveniat, o malimus usitate
loqui? aut doceat Zeno peratiorem me ad contemnendam
pecuniam fore, si illam in rebus praepositis,

quam si in bonis duxero. Fortioremq; in patiendo Dolorem, si eum asperum et difficilem perpessu et contra naam ea, quam si malum dixero.

Secunda Clio

Quidquid honestum est idem est utile; nec utile quidquam, nisi idem honestum.

Probtr: a Cicerone 1to Libro 3o de officiis, multis argumentis quae huc fere recidunt. quod utilitas quae cum honestate non est conjuncta, non sit vera aut germana, sed fucata utilitas, quae fons est omnis injustitiae; naa autem non Poetfictum est, sed quod est verum, appetit, ut cibum non pictum, sed verum. hinc merito Socrates execrari solitus erat eos qui primum haec naa coherentia opinione distraxissent.

Maior pposio multis a Cicerone raoibus illustratr, quas summatim attingemus. jo nihil magis est contra naam, quam turpitudo, recta enim et constantia naa desiderat,

aspernatrq; contraa; nihilq; e tam secundum naam
quam vera utilitas; ergo in eadem re utilitas et
turpitudo esse possunt. 2do. hinc oies injustitia
oritr, quod error hoium quod utile videtr, ab honesto
secernat, hinc enim sicae, hinc venena, hinc falsa
testamenta nascuntr. Emolumenta quippe rerum fallacibus
judiciis vident; poenam o dico legum, quas saepe
perrumpunt, sed ipsius turpitudinis, quae acerbissima
e o vident. ex quo quidem recte concludimus falsam
esse utilitatem, quae tanto detrimento comparatr, quanta
e mentis sibi bene consciae et tranquille jactura. pount
ne, inquit Cicero, cuiquam esse utiles angores,
sollicitudines diurni et nocturni metus: quid an parva
jactura e, quod is qui utilitatem, cui adjuncta e turpitudo
honestati anteponat, viri boni et justi nomen amittat.
quidem quod afferre tantum utilitas ista quae dr,
possit, quantum auferre, si boni viri nomen eripuerit
justitiamq; detraxerit. quod quidem argumentum longe

validius erit si rem omnem ad fidem christianam revocaris
nulla enim utilitas pensare jacturam potest quam
turpitudo affert aut injustitia, quae felicitatem nobis
eripit, coelesti gratia nos exuit, et aeternis poenis addicit.
Hoc ipsum sacrae litterae passim intonant quid
prodest homini si totum mundum lucretur, animae vero suae
detrimentum patiatur. et sapiens proverbiorum decimo,
nihil proderunt thesauri impietatis, sive quod injuste
sint quaesiti, sive quod iis abutamur, et ad impietatem
ducant. justitia vero liberabit a morte. et cap. undecimo,
o inveniet fraudulentus lucrum. qui enim amori
justitiae anteponit quaestum, is lucrum luterum quaerit,
quodubi contrectatur, manus inquinat.
Tertio nihil magis contra naturam est, quam fucata
et falsa utilitas, quae ab honestate separatur. hinc pulcre
hanc formulam tullius constituit, detrahere aliquid alteri,
et hominem hominis incommodo sumptu augere commodum

magis est contra naturam quam mors, quam paupertas, quam
Dolor. nam tollit Convictum humanum, et Societatem.
Si enim sic erimus affecti, ut propter suum quisque emolum
entum spoliet aut violet alterum, disrumpi necesse est
Eam quae maxime est secundum naturam humani gratis Socie
tatem. ut si unumquodque membrum sensum hunc haberet
ut posse putaret se valere, sic proximi membri
valetudinem ad se traduxisset debilitari et interire totum
Corpus necesse esset.

In eandem sententiam plura apud Salomonem
videri possunt. ut illud proverbiorum decimo sectomelius
est parum cum justitia, quam multi fructus cum
iniquitate et Cap. vigesimo primo, qui congregat thesauros
Linguâ mendacij vanus et excors est, et impingetur ad
Laqueos mortis. item illud Cap. 25o. noli Laborare
ut diteris sed prudentiae tuae pone modum. qui
bonis quaerendis avaris incumbunt, etiam cum innocentia

et tranquillitatis dispendio multum laboris sumunt, et frustra quid enim cum divis factus fueris prae aliis consequeris, nisi majorem sollicitudinem aurium animum, majorem domi tumultum; hac denuo aliis laboraveris, o tibi!

Quaestio Secunda De Malo.

Utrum jus an Et Quid Sit.

Existere malum notum est.

Quid sit magna est inter philosophos contentio: Cum alii omnem mali rationem in privatione, aut defectu perfectionis debitae constituant; alii duplex mali genus saltem moralis soleant disgnere, omissionis videlicet et comissionis. illud praeceptis divinis affirmantibus

30 adversatur ut omissio cultus divini, ac nemini dubium est
quin in privatione debitae perfectionis consistat, sed
rationem illius mali quod praeceptis negantibus
repugnat ut homicidij, aut furti in respectu quodam,
vel relatione ad legem praecipientem sic positam esse
contendunt ut semper adjunctam habeat privationem
et quod malum sit ens quoddam absolutum, ut
pitagorei et manichei somniarunt sed est quid respectivum
dumtaxat, et enim actio humana cum aeterna lege
cui adversatur comparata quae quidem opinio sua
probabilitate et caret. Cum autem opposita sententia
et conior sit et verisimilior, ab ea et recedendum
sit.

Conclusio

Malitia seu malum formaliter et est aliud quam privatio

Probatur: authoritate sanctorum patrum ut sancti
S. Dyoni. cap. 4. dionisij libro de divinis nominibus cap. 4°, malum,
inquit, imbecillitas, infirmitas, privatio est, et maerum

nihil sanctus augustinus cum multis in locis, tum — S. augu.
Libro 2do de Civitate dei: nemo quaerat causam — L. 2do de C. dei.
effectricem malae voluntatis, quia enim est efficiens
sed deficiens: quia haec illa effectio est, sed defectio
causae porro defectionum istarum cum efficientes
non sint sed deficientes velle invenire tales est ac si
quispiam velit videre tenebras et audire silentium.
ex quo quidem loco haec ratio conficitur.

Primo si malum esset quid reale, aut positivum,
Deum haberet authorem, qui omnis entis est prima effectrix
causa: sed illud absurdum est et impium; deo ut causae
effectrici malum referre acceptum: nam deus malum
ut opus suum amaret: quia nihil odit eorum quae
fecit, ex sapientiae cap. ii; et tamen ut eodem in libro
scriptum est, odio sunt deo impius et impietas ejus. Ergo
malum non est quid reale, sed privatio tantum, nec habet
ullam causam efficientem sed deficientem, atque ut
loquitur S.tus dionysius aberrantem a scopo. — S. Dyonis.

Secundo bonum in perfectione consistit. Ergo malum in defectu, aut privatione debitae perfectionis positum est. nam oppositorum oppositae sunt rationes; itaq; ut bonum ex integrâ causâ, ut vulgo dr, sic malum ex minimo defectu oritur; atq; ut malum naturale nihil est nisi defectus perfectionis naturalis, et malum artificiale privatio est rectitudinis artificiosae; ita malum morale est defectus aut absentia rectitudinis moralis aut bonitatis debitae ex quacumq; causa oriatur.

Confirmatur: in hoc praecise consistit ratio malitiae quo illecto statim actio mala illigitur. sed illectâ privatione rectitudinis debitae, statim actio mala illigitur. nam siquid reale et positivum concipiamus, id rationem boni est habiturum cum bonum et unus convertantur: adeo ut bonum ipsa integritate positum videatur. Ergo actio quaeq; tantum mali habitura, quantum ab integritate aut perfectione debita recedet: ut si desit aut legitimum objectum aut finis idoneus, aut circumstantia debita.

multa solent opponere quae facilius dissolvere, si adverteris privationem, aut potius, ut loquuntur, carentiam perfectionis interdum esse in ipsa voluntate ut in peccatis quae dicuntur omissionis tunc enim malitia est in voluntate et in actione quae nulla est; si quidem omissio est absentia actionis debitae; sed ubi peccatum committitur, tunc malum vel est accidentarium tunc; privatio est in ipsa actione ut in actu intemperantiae est moderationis defectus: vel actio est intrinsece et essentialiter mala, ut mendacium, ut odium dei, tunc; defectus jam est in voluntate male affecta. deinde ipsa actio negativa sumpta, nimirum in ratione odii et quatenus talis est. nam ut est actio humana ea potest bene et male fieri; sed ut talis est actio nunquam potest benefieri his illectis quae objici solent.

Objices jo: privatio et suscipit magis et minus ergo si malum formaliter sumptum nihil sit nisi privatio ex duobus vitiis quae videntur virtuti opponuntur, unum est vitio altero majus, imo nec mala differunt inter se adeo, ut nec avaritia sit prodigalitate deterior neque una ab altera discrepet cum utraque sit ejusdem formae privatio.

Nego consequentiam; nam vitia virtuti opposita sunt bene privatio nec eodem modo virtutem destruunt, ut varia mortis genera distinguimus, quae non uno modo

34 quae o uno modo vitam perimunt. prodigus enim peccat committendo, quod facultates suas temerè profundat; avarus omittendo, quod nihil aut parum largiatur. prodigalitas excessu, avaritia defectu peccat. privatio itaq; bonitatis est in actione prodigi; eadem est in voluntate ipsâ avari. neq; in utroq; vitio idem est recessus à virtute: peccat enim avarus retinendo, quando o decet; peccat prodigus dando quando o decet est etiam una privatio major alterâ, quatenus subtum est minus dispositum ad formam excipiendam: ut lignum viride minus est dispositum ad formam ignis.

Objicies 2do: privatio est absentia formae in subto apto ad eam recipiendam: atqui quidam sunt actus qui nullam possunt rectitudinem excipere, ut actus odij dei et idolatriae &c. ergo malitia in iis actibus o est tantum privatio, sed aut mera negatio, aut quid positivum.

Disgnco minorem: actus odij dei formaliter sumptus et specifice ut talis C: ut generice spectatus quatenus est actus quidam voluntatis, aut odium simpliciter N. et dico.

Malitiam illorum actuum esse privationem rectitudinis debitae

tum in ipsa voluntate quae propriae dr bona aut mala;

tum in actu ipso gnatim sumpto, qui rectus esse debet.

in tali vero actu est carentia rectitudinis, et sola privatio;

bonus quippe ipse esse nequit. exemplum talpae, adhibet

sanctus thomas, qui ut vulgo creditur, privatur visu, et

est tale animal, neque enim videre debet, sed ut est aal,

quod gnatim visum exigit. quare ut caecitas talpae, sic

odio dei privatio rectitudinis tribuitur. nam ut oculus visu

potest donari et ad eo privari, tametsi eum naaliter

postulat: sic actus gnaturae sumptus et bonus esse

potest, et malus, quamvis rectitudinem ipsam exigat.

Et quidem si methaphisice res ipsa consideretur, est odium plane

indifferens ut bonum sit, vel malum: tum enim praecise

ut genus quod a suis differentiis abstrahit, consideratur. at

si moraliter spectetur, ut a ratione proficiscitur, et subest imperio

voluntatis, tum est indifferens ut bonum sit aut malum

Articulus 2dus

Cur quale et quotuplex sit malum.

Causa efficiens, finalis, formalis nulla, materialis voluntas vel actio in qua est.

Una proprietas mali disputatur a philosophis, utrum sciat malum qua malum appeti possit?

Asserunt nominales voluntatem nostram in malum praecise, qua malum est, ferri posse, idque appetere prolecutionis motu, vel amoris: ac bonum vicissim ut bonum odio haberi posse; reliqui omnes philosophi id negant, sit utique.

Conclusio.

Non potest voluntas malum qua malum expetere nec bonum qua bonum odisse:

Probatur: authoritate et ratione; authoritate sanctorum patrum, ut S.ti Dyonisij Loco jam citato docet malum esse

S. Dyoni.

37. S. greg. nice.

praeter voluntatem praeter intentionem; S.ti gregorij niceni; qui lib. de opificio hominis haec habet, nemo, inquit, in vitâ proruit nisi inseratus speciei aliquâ bonitatis.

S. augu

S.tus augustinus lib. 2°, Confessionum, ne ipse igitur Catilina, inquit, amavit facinora sua, sed utiq; aliud cuiuslibet illa faciebat. artes idem passim docet. ac praesertim cum definit bonum id quod est appetibile, manifestum facit malum qua malum appeti non posse. hinc lib. 8° aethycorum Cap. 2°, omnes, inquit, amatur, sed tantum amabile. illud autem vel est honestum vel jucundum, vel utile. ex quibus hoc firmissimum potest erui argumentum.

Nulla facultas extra suum objectum ex quo suam desumit speciem, ferri potest, sic visus nihil nisi visibile aut lumine perfusum; auditus nihil nisi sonorum idem potest attingere: sed objectum appetitus est appetibile seu bonum. Ergo nullus appetitus aut intellectualis seu voluntas, aut sentiens malum quâ malum

3° potest appetere; aut bonum quà bonum odisse.

Confirmatur: ut objectum illectus est verum, sic obtu voluntatis est bonum. quodq; est in ipso illectu assensus et dissensus. Ceu affirmatio et negatio. hoc ipsum est in voluntate prosecutio et fuga; amor vel odium, sed illectus assentiri non potest falso ut falso et cognito: ergo nec voluntas malum amplecti: mens quidem potest falsum percipere aut illigere: nam simplex perceptio assensum omnem praevertit: sed voluntatis nulla est actio quae prosecutionem et fugam praeveniat unde eam bonum velle, et malum nolle dicimus. Cum mens verum et falsum illigat aut cognoscat. quodquidem est advertendum ne voluntas et illectus male interse conferantur. nam omnis quidem mentis functio, aut cognitio, aut illectio nominatur, non item omnis voltatis actio est velle: cum et nihil bonum et nolit malum, in illud ferat, hoc refugiat.

Hic illectis facilius multas cavillationes effugiemus, sed illud quoq; advertendum malum sumi posse vel maliter, ut ajunt, vel pro actione ipsa quae malitiam habet adjunctam: cuius gratia sunt voluptates sensuum. tumq; appeti potest quatenus jucundum videtur aut utile, ac speciem induit boni: ut falso per saepe assentimur; quod veri habeat similitudinem, at si malum ut malum praecise est,

spectetur, nullo modo appetitus potest uti nec falso assentiri ponens
qua falsum est; nec bonum respuere qua bonum cum ~~varare~~
sit appetibile, et perficiens. ex quibus solvi potest illud
S.ti Aug.i Loco citato cum sic loquitur: quaeso, domine, quidnam in S. Aug.
furto delectaverit? et alia ingenua plurima; in quibus non fuerit
utilitas sed ostentatio libertatis aut industriae aut aliqua delectatio
vel species boni quaeritur.

Illud deniq; observandum est malum nos interdum appetere S. Bern.
nos non nobis sed aliis: quoquidem modo S.tus ~~Aug.~~ Bern. docet daemones
appetere malum ut malum his quidem explicitis, quae
contra opponi solent facillime dissolvuntur.

Objice jo sunt quidem peccata quae dicuntur pura malitia:
ergo in his malum qua malum appetitur.

Nego Con. sic enim dici solent peccata quae neq; ex
infirmitate, neq; ex ignorantia fiunt. non quod malum qua
malum voluntas prosequatur, sed quia nullus in iis
excusationi locus est et ex magna oriuntur perversitate.

Objice 2.do desperati appetunt omnes, et deum oderunt
damnati ergo malum qua malum prosequuntur: siquidem
omnes, non potest habere rationem boni, nec deus habet
rationem mali.

Nego consequentiam: nam qui appetunt omnes finem

4o. Calamitatum quaerunt ut quoddam bonum, et damnati sibi deum ut crudelem exhibent.

Objicies 3o: Voluntas est libera circa bonum et malum: ergo potest amare malum, et odisse bonum.

Disgno antecedens voluntas est libera libertate contradictionis ut bonum amet, vel non amet, libertate contrarietatis ut bonum amore persequatur aut oderit, malum itidem amet vel oderit, n.

Instabis: si voluntas non potest odisse bonum, et amare malum qua malum, nunquam liberum erit itidem objectum amare, et odio habere, nam semper objectum illi exhibetur ut bonum aut malum, si ut bonum exhibeatur, illud odio habere non poterit neque id amare, si mali habeat rationem.

Nego antecedens: potest enim idem objectum certa ratione spectatum boni habere rationem cum ex alia velut parte consideratum habeat rationem mali: sic interdum quod jucundum est cum honesto pugnat, et quod utile videtur cum eo quod est honestum componitur.

sed si quid habeat tantum rationem boni, illud odisse et non possumus; uti nec amare, si id nihil praeter mali rationem habere videatur.

Instabis: quod liberum est libertate contradictionis, potest odisse et non odisse, amare et non amare. Sed voluntas est libera circa malum libertate contradictionis. Ergo illud amare potest, et non amare. odio habere, et non habere.

Disgno majorem, quod liberum est libertate contradictionis adequata, id potest amare et non amare, odisse et non odisse, C. libertate inadequata, N. voluntas autem circa malum ita est libera, ut id odio prosequi possit, et non odio habere: sed non ita est libera, ut amare id queat et non amare.

Objices 4°: minus bonum cum meliore comparatum habet rationem mali: sed possumus minus bonum etiam cognitum meliori anteponere. Ergo malum ut malum possumus eligere.

Disgno minorem: possumus minus bonum etiam

42 Cognitum meliori anteponere ut boni habet rationem, C: ut minus est altero, N. nam semper aliquâ ratione ducimur ut deterius meliori praeferamus. atq; ut forte quod eligimus, nullam habeat reipsa boni rationem, opinione tamen nostra, speciem habet bonitatis. Deinde ut voluntas possit minus bonum majori anteponere, et idcirco malum ut malum amare potest, quia intra objectum specificativum voluntatis continetur.

Objicies 5°; voluntas sequi potest judicium illectus, sed illectus saltem adversarii judicat malum quâ malum amari posse: Ergo nihil obstat quominus voluntas in differatur ut malum est.

Disgno maj: voluntas sequitur judicium practicum illectus, C: speculativum duntaxat, N. ac licet nominales secundum terriam judicent malum quâ malum expeti posse: tamen si seipsos consulant, et quid in seipsis agatur diligentius advertant, profecto

illigent nunquam sic malum, nisi specie boni vestitum et obscure cognitum expetere. quod si quis voluntate suam pro ratione omnino afferat, id illi bonum et excellens videbitur. tam alte enim propensio ad bonum nobis impressa est, ut eam exuere non possimus. hinc pulchre seneca nequitiae fructus concupiscitur, ipsa vero odio pudoriq; est: nec quisquam tantum discinit a lege naturali et hominem exuj ut gratis velit esse malus.

Instabis: illectus potest cognoscere falsum ut falsum: ergo voluntas amare potest malum quae malum.

Nego consequentiam: nam falsum est illigibile, malum ut malum nullo modo est amabile. atq; ut illectus assentiri falso non potest. sic voluntas malum ut malum nequit expetere.

Quaestio Tertia

De fine.

Artus Primus

An et quid sit.

Finis Latinus patet beatitudinem quia ō oīs finis ē beatitudo, licet oīs beatitudo sit finis.

Finis quatinus ē extremum ac terminus rei; hoc ē id quod claudit ac terminat appetitum, amorem, atq; desiderium.

Existit finis: nam ejus nōe ꝯlligitur id quod terminat appetitum, amorem, et desiderium. atqui existit aliquid terminans appetitum, amorem, et desiderium, v.g. sanitas, terminat appetitum, amorem et desiderium ipsius ægri; honor ambitiosi; opes avari; ergo existit finis.

Finis bene definitur id cujus grā aliquid fit aut ē: v.g. sanitas ē finis potionis, quia grā sanitatis ~~fit aut est~~ potio.

Hic vulgo quæritur, an bonum et finis reciprocentur.

hoc est dicere mutuo universaliter affirmentur hoc modo; omnis finis est bonus, omne bonum est finis, Licet enim verum sit omnem finem esse bonum, plures tamen negant omne bonum esse finem, Caeteris affirmantibus.

Sed facile Conciliari possunt, si dicamus omne quidem bonum esse finem sumptum in actu 1o hoc est, omne bonum esse posse finem, o tamen omne bonum esse finem in actu 2do, hoc est omne bonum esse actu et de facto finem.

Conclusio

Bonum et finis sumptus in actu 1o reciprocantur, et convertuntur etiam in sensu formali.

Probatur. Ea convertuntur et reciprocantur in sensu formali, quae sunt prorsus unum et idem, quae solis vocibus discrepant: atqui bonum et finis sumptus in actu 1o sunt prorsus unum et idem, solis vocibus discrepant bonum enim quodlibet aptum est

46 ut sit finis quia aptum est ut ametur, et omnis finis conveniens est alteri, proindeque est bonus. Ergo bonum et finis sumptus in actu 1o convertuntur ac reciprocantur etiam in sensu formali.

Bonum tamen et finis sumptus in actu secundo convertuntur: omne enim bonum est finis sumptus in actu 2do, et omne bonum est finis actu et de facto, sapientia v. g. stultis bona est neque tamen actu et de facto est eorum finis. Ergo bonum et finis sumptus in actu secundo convertuntur.

Objices: si bonum omne posset esse finis, bonum utile quatenus utile, medium quatenus medium posset esse finis; atqui hoc absurdum est: Ergo &c.

Disgno mis; bonum utile quatenus utile potest esse finis ultimus C: finis medius, N.

Hic quaeres an bonum utile quatenus utile, medium quatenus medium habeat intrinsecam bonitatem,

an vero extrinsecam illum et petitam a bonitate finis.

Respondeo medium quatenus medium habere bonitatem intrinsecam sed relativam ō absolutam. nam illud habet bonitatem intrinsecam ō absolutam sed relativam, quod habet proportionem intrinsecam ad finem. sed medium ut medium, habet proportionem intrinsecam ad finem: sic potio habet pportionem intrinsecam ad sanitatem, ergo &c.

Articulus Secundus

Cur. Et Qualis Sit Finis.

Finis simpliciter ultimus ō habet alium finem. ex hypothesi enim ē ultimus simpliciter; finis medius habet variam et multiplicem finem ultimum.

Finis quatenus finis ē habet pro causa efficiente

48 medium, proindeq; medium prius est fine ordine
executionis seu existentiae realis licet finis
sit prior ordine intentionis seu existentiae objectivae.
Proprietates finis, sunt 1o quod oia agant
propter finem. 2do quod agentia rāalia agant propter
finem formaliter sumptum, caetera vero oia etiam brutae
animantes agant propter finem materialiter sumptum
duntaxat. 3o quod agentia diversa propter diversos
fines determinate et particulariter sumptos, propter
eundem vero indeterminate et universaliter sumptum;
de quibus sigillatim dicendum est: quamobrem sit

Cluō Prima

Omnia agentia agunt propter finem.
Probatur: illa agunt propter finem quae agunt
alicujus boni gratia; oia enim agunt ut consequantur aut
aut conservent quod sibi bonum aut conveniens est
ergo oia agunt propter finem.

Et vero si quod agens ō ageret propter finem, 49.
maxime agens insensitivum, agens oī cognitione destitutum:
sed agens insensitivum agit propter finem, illud
enim agit propter finem, quod ō agit temere et frustra,
nam ea quae temeraria et fortuita sunt raro contingunt
ō frequenter: sed quae fiunt ab agente insensitivo raro
ō contingunt sed ferē spēr et eodem modo, arbores
enim semper aut ferē spēr radicem agunt, stipitem
attollunt, ramos pandunt, folia, flores, et maturos
fructus promunt. Ergo agens insensitivum agit
propter finem: proindeq; oē agens propter finem
agit.

Objices jo: quae sunt fortuita et casualia ō fiunt
propter finem. atqui plura sunt casualia et fortuita,
saltem respectu causarum 2darum, ut agnoscunt oēs:
Ergo plura sunt quae ō fiunt propter finem saltē
a causis secundis.

50. Disgnõ mai: ō fiunt propter finem quem fortuito et casualiter producunt, c: propter alium finem, n. Licet enim effossio sepulcri ō fiat propter inventionem thesauri, ab eo respectu, cujus fortuita et casualis ē ista inventio, fit tamen propter alium finem — nempe propter sepulturam mortui: quamobrem plura quidem sunt quae ō fiunt propter finem quem fortuito et casualiter producunt, fiunt tamen propter alium finem, imo nisi fierent propter alium finem, ō essent fortuita et casualia, ō enim acciderent propter intentionem agentis: unde etiam saepius agentia ō consequuntur suum finem quatenus ab agente fortiori impediuntur: solus enim Deus cui oīa serviunt, sola naā uīsalis cui nihil contrarium ē, ō autem naā particularis, cui contrāa ē alia naā, finem suum certo et infallibiliter consequitur.

Objicies 2do: illud agens ō agit propter finem quod ō cognoscit finem aut ō cogitat de fine: atqui agentia insensitiva ut plantae et lapides ō cognoscunt finem. ergo &c.

Disgūo maj: illud agens ō agit propter finem, quod ō cognoscit finem, ō agit modo sensitivo, et rāali; C: ō agit modo nāali; N. quamobrem agens quidem insensitivum, v.g. sagitta, licet ō cognoscat scopum, ad illum tamen tendit ex impressione sagittarij.

Jam quaeritur, utrum agentia rāalia agant propter finem fōaliter sumptum.

Conclūo Secunda

Agentia rāalia quatenus rāalia agunt propter finem fōaliter sumptum.

Probatur: illa agunt propter finem fōaliter sumptum, quae agunt propter finem cognoscendo ordinem, et proportionem finis cum medijs, et mediorum

52. Cum fine: atqui agentia rationalia agunt propter finem, cognoscendo ordinem et proportionem finis cum mediis et mediorum cum fine, agunt enim comparando finem cum mediis et media cum fine. Ergo &c.

Scilicet duobus modis, agens potest agere propter finem, scilicet propter finem materialiter, et propter finem formaliter sumptum.

Illud agens agit propter finem materialiter sumptum, quod agit propter illud quod finis est, sed non quatenus est finis, quod agit propter finem non cognoscendo ordinem et proportionem finis cum mediis aut mediorum cum fine.

Illud agens agit propter finem formaliter sumptum, quod agit propter finem quatenus finis est, quod agit propter finem cognoscendo ordinem finis cum mediis, et mediorum cum fine; ordo autem et proportio unius cum alio cognosci non possunt absque comparatione unius cum alio, quia sunt ipsa

Comparatio objectiva seu ut alij loquuntur passiva 53

Quod pertinet ad brutas aantes, si brutae aantes essent meae ac purae machinae, oīs sensus et cognitionis expertes, ut visum est Cartesio, certo certius foret eas o agere propter finem formaliter sumptum, quia tunc nullo modo cognoscerent finem neq; materialiter, neq; formaliter sumptum.

Si brutae animantes essent rationales, seu haberent rationem aliquam humanae inferiorem, ut quibusdam recentioribus videtur, esset quoq; certum brutas aantes agere propter finem formaliter sumptum, saltem imperfecte, quia tunc cognoscerent ordinem et proportionem finis cum mediis et mediorum cum fine.

Verum neq; brutas animantes esse meras machinas cuiuslibet sensus et cognitionis expertes dicemus in physicis, neq; esse rationales demonstratur

ex eo quod illud agens ō ē rāale quod de suo nihil addit
jis quae vel nāa vel ab aliis didicit, quod rebus
cognitis ō utitr̄ ad opera partim similia et partim
dissimilia, quod pprios et alienos errores neq;
agnoscit neq; emendat. atqui brutae animantes de suo
nihil addunt jis quae á nāa vel ab aliis didicerunt,
2dâ enim vice et aliis sequentibus ō perfectius
agunt quam jâ, ut constat de avibus nidum confi
cientibus, ō utuntr̄ rebus cognitis ad opera
partim similia, partim dissimilia, ō enim jmitantr̄
partem unius operis, et partem operis alterius,
sicut hōes ad novum opus excogitandum et perficiendu;
Deniq; pprios et alienos errores ō agnoscunt neq;
emendant, sed in eosdem semper incidunt, nisi ab hōibus
emendentr̄. Ergo brutae animantes ō sunt rāales,
ō habent rāōem ullam, aut facultatem discursivam:
quamobrem brutae animantes ō cognoscunt ea quae

perse et immediate ō sunt sensibilia; proindeq; ō cognoscunt ea quae sunt de genere substantiae et de genere relationis, substantia quippe et relatio perse et immediate ō sunt sensibiles sed tantum per adjunctas qualitates.

Superest ergo difficultas an brutae animantes quatenus sensitivae agant propter finem formaliter sumptum: nonnulli siquidem affirmant, caeteris negantibus, pro quibus sit.

Conclusio 3a.

Brutae animantes, ō agunt propter finem formaliter sumptum.

Probatur: illud agens ō agit propter finem formaliter sumptum, quod ō appetit finem cognitum ut finem neq; cognita media ut media: sed agens sensitivum, ceu brutae animantes ō appetunt finem cognitum ut finem neq; media cognita ut media: nam illud ō appetit finem ut finem aut

56. caut media ut media, quod neq; cognoscit ordinem finis
ad media aut proportionem mediorum ad finem,
sed brutae animantes neq; cognoscunt ordinem, nam
ordo unius ad alterum, proportio unius ad alterum
o cognoscitur ab eo agente, quod o potest unum cum
alio comparare, atqui brutae animantes o possunt
unum cum alio comparare et unum ad aliud
ordinare comparare enim solius o sapientis et
illigentis, inquit arlis, sed brutae animantes
o sunt sapientes et illigentes, ut oes agnoscunt.
Ergo agentia sensitiva, ceu brutae animantes, o
appetunt finem cognitum ut finem, neq; media
cognita ut media; proindeq; o agunt propter
finem formaliter sumptum.

Et vero illud agens o potest cognoscere finem ut
ut finem, media ut media, quod o potest cognoscere
relationem ullam, finis enim ut finis, media ut media,

habent relationem ad se invicem: sed agens sensitivum seu
bellua non potest cognoscere ullam relationem: nam
agens sensitivum non potest cognoscere id quod per se et
ratione sui non est sensibile; agens enim sensitivum non habet
cognitionem sensitivam nobiliorem: siquidem nullatenus
rationalem aut discursivam cognitionem habet, ut demonstra-
vimus: atqui relatio per se et ratione sui non est sensibilis,
nam illud non sensibile per se et ratione sui, quod non est de
genere qualitatis sensibilis, audibilis, odorabilis,
sapidae, aut tactilis, quod non est color, ut visu, sonus
ut auditu, odor ut odoratu, sapor ut gustu, denique
tactilis qualitas, ut tactu percipiatur; atque ordo et
proportio finis cum mediis et mediorum cum fine
non est de genere qualitatis, sed de genere relationis, ut
per se constat, non est color, sonus, odor, sapor, neque tactilis
qualitas. Ergo ordo et proportio finis cum mediis
et mediorum cum fine, non est sensibilis per se et immediate;

58 proindeq; brutae aantes o cognoscunt ordinem et proportionem finis cum mediis ac mediorum cum fine; proindeq; agens sensitivum o agit propter finem formaliter sumptum: quamobrem brutae animantes jucundo tantum quatenus jucundum et o autem utili quatenus utile et afficiuntur et eam ob causam naa jucunditate conduit actiones utiles belluarum, nutritionem et generationem, quia belluae sola jucunditate o utilitate moventur, inquit arlis.

Objices illud agens agit propter finem formaliter sumptum quod assumit media utiliora et commodiora ad finem: atqui brutae animantes ex pluribus mediis assumunt utiliora, et commodiora ad finem: v.g. canis assumit breviorem viam et faciliorem ad consequendam praedam, ad attingendum haerum, aut alium finem. Ergo brutae animantes agunt propter finem formaliter sumptum.

Disgno maj: quod assumit media utiliora et comodiora

formaliter sumpta quatenus utiliora et comodiora cognoscendo
eorum utilitatem, et commoditatem, C: utiliora et
commodiora materialiter sumpta, id est quae sunt utiliora
et commodiora, sed non quatenus utiliora sunt, et commodiora,
non cognoscendo eorum commoditatem et utilitatem, N.
porro brutae animantes ex pluribus mediis assumunt quidem
utiliora materialiter non formaliter sumpta: illud enim
non assumit media utiliora et commodiora formaliter
sumpta, quod non movetur utilitate quod non comparat media
cum fine: sed brutae animantes moventur jucunditate
tantum, ut observat philosophus, non utilitate, neque comparant
media cum fine, quia non sunt sapientes nec illigentes ergo
non assumunt media utiliora et commodiora formaliter
sumpta, cognoscendo eorum utilitatem.

Instavis jo: illud assumit medium formaliter sumptum
quatenus medium, quatenus utile, quod non assumit
medium quatenus jucundum. atqui brutae animantes
non assumunt medium quatenus jucundum, neque quatenus

honestum ō quidem quatenus jucundum quia saepe assumunt media quae ō sunt jucunda canis enim saevientes hyemes assumit tranationem fluvij ad consequendam praedam, ad attingendum haerum aut alium finem, tranaō enim fluvij saevientes hyemes ō ē jucunda cani, ō etiam quatenus honestum sola raōe percipitr, ō enim conforme rectae raōi: ergo brutae aāntes ō assumunt medium foalitr sumptum quatenus medium utile quatenus utile. —

Nego mi: et dico agens sensitivum appetere finem et medium quatenus bonum jucundum et delectabile: nam agens sensitivum appetit finem et medium eo modo quo cognoscit: atqui cognoscit finem et medium quatenus jucundum, nam cognoscit finem et medium quatenus sunt bonum sensibile raōe sui, atqui qtenus st bonum jucundum st bonum per se et raōe sui sensibile habent enim odorem, saporem, et tactilem qlitatem, ergo agens sensitivum appetit finem et medium quatenus jucundum, unde et ipsam tranaōem fluvij

Sæviente hyeme appetit ut jucundum ō quidem per se et præcise
seorsinge a fine sed junctim cum fine ad hoc enim satis ē ut
duo illum requirantur jum ut medium conjunctim cum sit spes
jucundum ut brutæ āantes appetant medium conjunctim cum
fine sed utrumq; verum jo quidem medium cum fine spes jucundū
ē siquidem finis belluarum semper jucundus ē ut vulgo
ōes agnoscunt, præda jucunda ē hæmus ē jucundus cani fluvium
tranantj. ergo medium ē junctim cum fine spes jucundū, deinde
brutæ āantes appetunt medium cum fine nam appetunt medium
conjunctim cum fine quæ apprehendunt medium ē finem instar
unius boni quæ ō disgunt medium a fine, sed brutæ āantes apprehendunt
medium ē finem ō disgunt medium a fine: ergo brutæ āantes appetunt
medium junctim cum fine proindeq; appetunt medium quatenus jucundum
conjunctim cum fine ō separatim a fine sed conjunctim.
quam obrem si quandoq; testantur dolorem in attingendo fine.

N. g. canis cum tranat fluvium sæviente hyeme cum tangit
offam paulo calidiorem, his signis brutæ animantes
testantur quidem illud medium etiam conjunctim cum
fine ē molestum secundum quid, hoc autem ō impedit
quominus medium illud sit jucundum simpliciter quatenus
plus jucunditatis habet quam doloris.

Imo si verum est quod de castore circumferte, qui dicitur urgentibus venatoribus se ipsum abscindere, dicendum est hanc abcisionem simpliciter esse jucundam castori ob intolerabilem in ipsis partibus pruritum, sicut laniatio et exercitatio sui ipsius jucunda est simpliciter hoi propter scabiosum pruritum.

Si verum est quoq; quod dicitur de hyrondine quam dicunt alicui ipsum mare transvolare ut lapillum quaerat quo pullis obsecatis visum restituat quod tamen fabulosum videtur, respondendum est in illa hypotesi hyrondinem hujus lapilli odore et sapore delectari sicut alia animalia delectantur odore et sapore quarumdam herbarum quibus falso creduntur uti tanquam remediis.

Instabis 2do: si brutae animantes assumerent media conjunctim cum fine, possent unum cum alio conjungere: atqui non possunt unum cum alio conjungere, quia non possunt unum cum alio comparare. Ergo non appetunt media conjunctim cum fine.

Disgno maj: possunt unum cum alio jungere negative quatenus non disgunt unum ab alio c: jungere positive actu et de facto n. porro brutae animantes non possunt quidem jungere

Unum cum alio jungere positivè actu et de facto bene autem jungere negativè quia ō separant ō disjungunt medium à fine; quo sensu oculus dr jungere et confundere ea oja quae ō separat ō disgnit.

Obiect 2do: si brutae animantes agerent propter finem materialiter sumptum, agerent eodem modo quo res insensitivae; res enim insensitivae agunt propter finem materialiter sumptum: sed absurdum est brutas animantes agere eodem modo quo res insensitivae modus enim agendi sequitur modum essendi; ergo brutae animantes ō agunt propter finem materialiter sumptum.

Disgno maj: agerent eodem modo secundum quid et sub aliquâ ratione quatenus agerent propter finem materialiter sumptum, C: eodem simpliciter et sub oj ratione, N: brutae enim animantes agunt propter finem materialiter sumptum ex praecisâ cognitione ipsius finis materialiter sumpti: porro absurdum quidem est brutas animantes agere propter finem eodem modo quo res insensibiles agunt, eodem simpliciter et sub oj ratione eodem generico et specifico; sed ō est absurdum agere eodem modo generico quia brutae animantes carent ratione, mente, illectu sicut res insensitivae.

64. **Obiicies** 20: brutæ animantes cognoscunt et appetunt jucundum formaliter sumptum quatenus jucundum est. Ergo etiam cognoscunt et appetunt utile formaliter sumptum quatenus utile.

Nego consequentiam et paritatem. ratio disparitatis est quia jucundum quatenus jucundum est odorabile, sapidum, aut tactile, est odor, sapor, aut, tactilis, qualitas, proindeque est sensibile per se et immediate, gustu, odoratu, aut tactu, quinigent in belluis: at vero utile formaliter sumptum quatenus utile nihil est illorum omnium proindeque non est sensibile per se si immediate illigatur non est de genere qualitatis, sed de genere relationis: non cognoscitur per sensum sed per illectum finem cum medio, medium cum fine comparantem.

Instabis: illud agens potest comparare unum cum alio quod cognoscit et appetit jucundiora quatenus jucundiora: sed brutæ animantes cognoscunt et appetunt jucundiora quatenus jucundiora. a jucundioribus enim determinantur, ita ut si duo æqualiter forent jucunda ad neutrum deflecterent; narratur quippe de asino quod domi fame perierit inter duo sauenæ

Medios æqualiter distantes, et jucundos; ergo brutæ ãantes possunt comparare unum cum alio jucundum cum jucundo. —

Disgno Maj: quod agnoscit et appetit jucundiora qtenus jucundiora, jucundiora ex parte objecti cogniti, c: jucundiora ex parte solius cognoscentis, n. porro belluæ cognoscunt quidem et appetunt jucundiora qtenus jucundiora ex parte cognoscentis, hoc est quæ fortius quæ validius cognoscuntur tanquam jucundiora, o autem jucundiora ex parte objecti cogniti. Ceu quæ jucundiora sunt ex parte sui quæ duo sunt maxime disgnenda; belluæ siquidem o determinantur ab majori jucunditate objecti sed a fortiori apprehensione potentiori impressione jucunditatis objecti jucundi; o determinantur quia cognoscunt unum jucundum ad alio jucundius, sed quia fortius apprehendunt unum jucundum quam aliud.

Instabis 2do: illud agens potest cognoscere utilitatem mediorum, pportionem mediorum cum fine quod potest cognoscere rationes insensatas, objecta insensibilia: atqui brutæ ãantes per fantasiam, instinctum quemdam cognoscunt

rationes insensatas objecta insensibilia v.g. cibum convenientem et noxium, ut asinus cardinum. Ergo brutae animantes cognoscunt utilitatem, proportionem mediorum cum fine.

Disgno maj: quod cognoscit rationes insensatas, objecta insensibilia simpliciter et sub omni ratione, C: insensibilia 2dum quid et sub aliqua tantum ratione, n. porro brutae animantes cognoscunt quidem objecta insensibilia, insensibilia secundum quid et sub aliqua ratione, insensibilia respectu nostri v.g. o autem insensibilia simpliciter et sub omni ratione; bellua siquidem solo sensu pollent o ratione o illectu; quamobrem bellua cognoscunt cibum convenientem et noxium, sicut homines ex odore et sapore cum hoc solo discrimine quod homines alio odore et sapore delectantur et alio bellua afficiantur imo et bellua diversae speciei diversis odoribus et saporibus delectantur.

Instabis 3o simpatia et antipatia amicitia et inimicia rei jo conspectu o insensibilis simpliciter, ita enim o percipitur amicitia aut inimicitia rei, alio sensu

nisi forsan odoratu et gustu; atqui brutae aantes jo intuitu,
jo visu sine odoratu aut gustu percipiunt amicitiam et
inimiciam rei; oviculae cognoscit amicitiam alterius avis
et inimicitiam lupi jo conspectu ut vulgo circumfertur,
pullus amicitiam et inimicitiam mihi. ergo cognoscunt
objecta insensibilia etiam simpliciter.

Nego mi: et dico fabulosa esse quae vulgo circumferuntur
de sympatia et antipatia, amicitia, et inimicitia quarundam
belluarum, proindeq; fabulosa esse quae vulgo dicuntur de instinctu
incensato belluarum; nam si naa concessisset belluis
instinctum incensatum ut quibusdam recensioribus videtur,
profecto eandem aut certo o absimilem concessisset oibus:
atqui hoibus o concessit instinctum incensatum, neq; enim
hoes naalitae cognoscunt raoes incensatas amicitiam
et inimicitiam aliorum aalium cibum convenientem
et novium, cognoscunt tantum beneficio odoratus, gustus
aut tactus ut per se constat. ergo naa o concessit belluis
instinctum incensatum, belluae naalitae et aboriginis o

cognoscunt ea quae sunt consentanea et dissentanea sibi, cibum convenientem et noxium per instinctum incensatum, sed tantum beneficio odoratûs, gustûs, tactûs, &c. quamobrem neq; ovicula naturaliter et ab origine cognoscit amicitiam ad inter se et aliam ovem, neq; inimicitiam ad inter se et lupum, cognoscit tantum post factum experimentum odoratûs, gustûs, et tactûs. neq; pullus naturaliter et ab origine cognoscit gallinam ad sibi amicam et inimicum ad milvum, sed post factum experimentum odoratûs, gustûs et tactûs.

Quaeritur jam utrum omnia agant propter eundem finem.

Finis autem vel est ultimus qui propter se, vel medius, qui propter alium expetitur.

Finis ultimus duobus modis sumitur, sciet in conj. quatenus est finis ultimus praecise; et in

particulari quatenus est talis aut talis; hic aut illa finis ultimus: positis his sit.

Conclusio 4a.

Omnia agunt propter eundem finem ultimum in communi, et vero in particulari.

Probatur: nam ea agunt propter eundem finem ultimum in communi, quae agunt propter boni sufficientiam et mali carentiam: atqui omnia agunt propter boni sufficientiam et mali carentiam: ergo omnia agunt propter eundem finem ultimum in communi.

Omnia tamen agunt propter eum finem ultimum in particulari; nam illa omnia agunt propter eundem finem ultimum in particulari, quae habent diversos fines ultimos in particulari: atqui diversa agentia diversos habent fines ultimos in particulari, diversi homines sibi diversos fines ultimos in particulari proponunt avari divitias, ambitiosi honores, christiani Deum optimum

9o. Maxime: Ergo oia ō agunt propter eundem finem ultimum in particulari; diversa agentia agunt pter diversos fines ultimos in particulari. —

Articulus 3us.

Quomplex sit Finis

Finis gnatim duplex sciet finis qui et finis cui.

Finis qui, est bonum quod appetitur ut sanitas.

Finis cui est persona cui bonum appetitur ut aeger cui sanitas appetitur. —

Finis qui, vel est totalis vel partialis, physicus vel moralis ultimus vel medius de quibus oibus aegimus abunde in compendiis.

Duo quaerunt hoc loco; prius est, utrum hoo possit sibi constituere simul plures fines totales et adequatos in una et eadem operaoe: posterius est an possit hoo simul et semel sibi constituere plures fines simpliciter ultimos de quibus sigillatim.

Nonnulli confundunt finem totalem cum fine simpliciter ultimo sed male, quia finis totalis et finis simpliciter ultimus habent diversas definiones, neq; omnis finis totalis est simpliciter ultimus; potest quippe esse medius; neq; etiam omnis finis simpliciter ultimus est totalis, potest enim esse partialis; quamobrem aliud est quaerere an possit homo sibi constituere plures fines totales in eadem operatione, et aliud est quaerere an sibi possit constituere plures fines simpliciter ultimos.

Operatio autem hominis quantum ad praesens institutum duplex est scient imperans seu elicita quae a voluntate per se ipsam et tantum imperatur sed etiam exercetur ut intentio finis et electio mediorum et imperata quae a voluntate imperatur et per alias facultates exercetur ut meditatio per intellectum deambulatio per vim motricem.

Hoc porro discrimen est inter imperantem et imperatam, quod imperans essentialiter pendeat a fine ut termino a quo vel ut termino ad quem intentio v.g. essentialiter pendet a fine ut termino a quo quia intentio est motus a fine ad

72 ad medium, electio essentialiter pendet a fine ut termino ad quem, et enim motus voluntatis a medio ad finem; operatio autem imperata pendeat accidentaliter tantum a fine et essentialiter et per se: quamobrem finis non potest multiplicari vel mutari nisi multiplicetur aut mutetur actus imperans; potest vero multiplicari et mutari absque eo quod multiplicetur aut mutetur actus imperatus; his positis sit.

Prima Conclusio.

homo non potest sibi constituere plures fines totales in eodem actu imperante.

Probatur ad hoc satis est quod ubi sunt fines plures totales, necessario plures sunt actus imperantes, quod positis multis finibus totalibus non possit esse unicus actus imperans: sed ubi sunt plures fines totales necessario plures sunt actus imperantes; nam ubi sunt plura principia totalia essentialia actuum

imperantium, ibi sunt plures actus imperantes: sed plures fines totales se habent ad actus imperantes ut principia essentialia totalia; actus enim imperantes pendent a fine totali ut a principio essentiali totali, ut termino a quo vel termino ad quem: ergo potest homo sibi constituere plures fines totales in uno et eodem actu imperante, in una et eadem intentione aut in una et eadem electione.

Secunda Clus

Potest homo sibi constituere plures fines totales in uno et eodem actu imperato.

Probatur: ad hoc satis est quod neque plures fines totales sibi opponantur in productione ejusdem actus imperati neque multiplicatis finibus necessario multiplicentur actus imperati: sed utrumque verum est, jo quidem plures fines totales non opponuntur in productione ejusdem actus imperati; nam ea non opponuntur in productione ejusdem actus quae neque contradictoriae, neque privativae neque contrariae

74 neq; relative opponuntur atqui plures fines totales
in productione eiusdem actus ō opponuntur contradictorie
quia ō se habent ut ens et negatio entis, ex oī
enim parte sunt entia. ō opponuntur privative, quia
ō se habent ut forma et privatio formae ex oī enim parte
sunt formae; ō opponuntur relative quia ō definiuntur
per se invicem, definitur enim per effectum totalem;
nec denique opponuntur contrarie, quia maxime ō distantia
se invicem, ambae enim sunt totales: ergo &c.
deinde vero multiplicatis finibus ō multiplicantur actus
imperati, nam multiplicatis principiis accidentalibus
ō multiplicantur principiata necessario: atqui plures fines
se habent ad actum ~~in~~ imperatum ut principia
accidentalia ad principiatum, actus enim imperatus
accidentario tum pendet a fine propter quem
imperatur ergo &c. quam obrem sicut idem effectus
habere potest plures causas efficientes totales
ita et idem actus imperatus plures causas finales

totales;

Objicies: o sunt multiplicanda entia sine necessitate ut habet receptum axioma atqui plures fines totales o sunt necessarii in eodem actu imperato; unus enim finis totalis sufficienter movet agens ad agendum. Ergo o sunt admittendi plures fines totales in eodem actu imperato.

Disgno maj: sine physica aut morali &c: sine necessitate physica n. in agentibus enim liberis moralibus multiplicanda sunt entia sine necessitate physica. porro plures fines totales o sunt quidem necessarii in eodem actu imperato. necessarii necessitate physica petita ex ipsa rei natura bene autem necessitate morali petita ex libera agentis voluntate, quia potest homo pro sua libertate sibi constituere plures fines totales in eodem actu imperato: quo quidem ipsi plures erunt inutiles physice o moraliter loquendo ex natura rei nogere libera voluntate agentis.

Tertia Clus

homo o potest sibi constituere plures fines simpliciter ultimos

positivé.

Probatur finis simpliciter ultimus positive ille ē qui ō referre ad alium finem et ad quem cetera oīa referuntur sed ō possunt esse plures ejusmodi fines, nam nec neuter horum finium ad alium referretur, nec ambo referrentur ad se invicem, nec unus referretur ad alium sed ō vicissim; atqui nullum horum dici potest, si tamen neuter horum referretur ad alium finem, neuter horum esset finis simpliciter ultimus positivé siquidem ad neutrum oīa referuntur; si vero ambo fines referrentur ad se invicem, neuter quoq; esset finis simpliciter ultimus, siquidem finis simpliciter ultimus referri ō debet ad alium finem, si deniq; unus illorum referretur ad alterum sed ō vicissim tunc solus ille finis esset simpliciter ultimus positivé ad quem referretur alter finis. Ergo hoc ō potest sibi constituere plures fines simpliciter ultimos positive.

Quarta Quo.

Potest hoc sibi constituere plures fines simpliciter

ultimos negative.

Probatur: ille finis dr simpliciter ultimus negative, qui ō refertur actu ad ulteriorem finem; sed hoc potest sibi constituere plures fines neq; eos referre ad finem ulteriorem qui enim simul ambitiosus et avarus et sibi constituit plures fines, scilicet honores et divitias neq; eos refert ad ulteriorem finem sed potest hoc ad ambitiosus simul et avarus. ergo potest sibi constituere plures fines simpliciter ultimos negative.

Quaestio Quarta
de beatitudine.
Artus Primus
An sit

Beatitudo seu felicitas gnatim est id a quo beati seu felices appellantur; idq; dupliciter; nimirum simpliciter, quomodo sancti dnr beati seu felices; vel secundum quid et cum addito, quo sensu hoies dnr beati seu felices in ludo in bello &c.

78. hic agitur de sola beatitudine simpliciter dicta, cujus notitia ō minus necessaria est ei qui vitam honestam instituit, quam inspectio scopi necessaria est ei, qui collimat ad ipsum scopum.

Conclusio.

Possibilis est aliqua hominis beatitudo.

Probatur: illud possibile est quod naturali et efficaci appetitu appetitur, appetitus quippe naturalis et efficax simpliciter ac perse frustraneus esse ō potest. atqui beatitudo naturali et efficaci appetitu appetitur ab homine; naturali quidem, quia appetitur appetitu communi omnibus, et singulis hominibus; appetitur quoque appetitu efficaci, quia appetitur appetitu absoluto ō conditionato. ergo possibilis est aliqua hominis beatitudo.

Articulus Secundus

Quid sit Beatitudo

Tam variae sunt de hominis felicitate opiniones, ut omnes ō possint recenseri; nam de felicitate judicat unusquisque

sicut affectus est. imo nec idem hoc semper idem opinatur, de felicitate; sanitatem quippe spectat ut beatitudinem aeger, divitias pauper; et hic.

Praecipue tamen circa beatitudinem opiniones ad quatuor revocari possunt pro quadruplici praecipuo vitae instituto.

Prima est quaestuosorum, qui felicitatem ponunt in opulentia.

Secunda est voluptuosorum qui eam ponunt in voluptatibus corporeis.

Tertia est politicorum, qui eam ponunt in honore, nobilitate, imperio, potentia et gratia apud principes.

Quarta est philosophorum, qui eam adhuc in variis rebus ponunt pro varietate sectarum.

Pirronei beatitudinem ponebant in apatia, hoc est affectionum et passionum vacuitate, in indolentia seu doloris carentia, hanc vero apatiam procurati facile dicebant si de rebus omnibus dubitaretur, sciet, inquiunt, facile est o irasci, o dolere, si dubitetur an injuria fuerit illata, an sensiatur

morbus.

Stoici felicitatem ponebant in mera et nuda virtute, oibus etiam naturae et fortunae bonis destituta.

Platonici eam ponebant in scia de rebus incorruptibilibus et praesertim de idea boni; et in recta opinione de rebus corruptibilibus.

Peripatetici beatitudinem statuunt in actione praestantissima virtutis, vita oibus naturae et fortunae muneribus instructa.

Ut autem quaestio proposita circa beatitudinem dilucide soluatur.

Beatitudo 2 plex est: objectiva et formalis:

objectiva est summum bonum.

formalis est ipsa possessio boni.

Prior dr objectiva, quia est objectum quod possidetur; posterior dr formalis quia est forma per quam possidetur summum bonum.

Prima de Conclusio.

Solus Deus solus solus Deus

Prima Conclusio

Solus deus est beatitudo objectiva hominis.

Probatur: illud est obiectiva beatitudo hominis quod sui possessione reddit hominem beatum quod sistit omnem illius motum et appetitum. atqui solus deus sistit omnem motum naturalem, hominis, nam in homine sicut et in angelo duplex est motus naturalis, scilicet inquisitio veritatis et desiderium bonitatis. atqui solus deus sistit inquisitionem veritatis et desiderium bonitatis nam sola prima veritas et prima bonitas sistit inquisitionem veritatis et desiderium bonitatis. atqui solus deus est prima veritas et ja bonitas: ergo solus deus sistit omnem motum naturalem hominis; proindeque solus deus est objectiva hominis beatitudo; quamobrem ad naturalis ad imaginem dei creata caeteris quidem rebus occupari potest, satiari non potest, inquit sanctus bernardus; nec immerito, homo triangulo et tota rerum universitas circulo comparatur: nam sicut nullus circulus triangulum perfecte adequare potest, sic tota creaturarum universitas

S. bern.

 hominem adequare perfecte ō potest. atq; ut triangulus alterum triangulum perfecte implet, sic deus in tribus personis quasi tribus angulis Cor humanum perfecte implebit.

Et uero si quid extra deum foret objectiua hominis beatitudo maxime honor, diuitiae, sanitas, robur, pulcritudo, sensuum vigor, voluptas corporea, Ludus, facultates deniq; habitus, aut actus hominis: atqui nullum eorum est objectiua hominis beatitudo.

Primo quidem honor ō est uera hominis beatitudo; nam quod beatitudinem sequitur, ut umbra corpus, ō est ipsa hominis beatitudo, sicut umbra ō est ipsum corpus; atqui uerus et solidus honor beatitudinem sequitur ut umbra corpus; nam quod sequitur hominis excellentiam, et uirtutis consummationem, illud sequitur beatitudinem; atqui honor sequitur hominis excellentiam, et uirtutis consummationem, honor enim est reuerentia ~~atqui~~ alicui exhibita in testimonium ejus excellentiae. Ergo honor ō est beatitudo objectiua hominis.

Secundo divitiæ hoīs ō sunt beatitudo. nam illud ō ē hoīs beatitudo quod ō expetitur propter se, quodq; possidenti affert molestiam: atqui divitiæ ō expetuntur propter se, sed propter virtutem, ac felicitatem cujus sunt adjumenta; Et aliunde afferunt possidenti sollicitudinem, ne ij aut furto auferantur. Ergo divitiæ ō sunt hoīs beatitudo.

Tertio, robur, sanitas, pulcritudo, vigor sensuum, ō sunt hoīs beatitudo; nam illud ō ē hoīs beatitudo quod ō ē firmum, stabile et constans: atqui hæc ō sunt firma, stabilia, et constantia, ut notum ē experientia? Ergo ō sunt hoīs beatitudo.

Quarto voluptas corporea ō ē vera hoīs beatitudo, quia parit molestiam, fastidium, et penitentiam; tristes enim sunt voluptatum corporearum exitus, extremo gaudii corporei luctus occupat. Sapiens

Quinto neq; etiam ludus ē hoīs beatitudo; quia ptr

84 sanitatem expetitur et instituitur; Ludunt enim ut valeant hoies.

Denique facultates habitus et actus hoies non sunt ejus beatitudo objectiva; nam quod se tenet ex parte beatitudinis formalis illud non est beatitudo objectiva hoies. atqui facultates habitus et actus hoies se tenent ex parte beatitudinis formalis, facultates quidem et habitus tanquam principia beatitudinis formalis; actus vero hoies tanquam ipsa beatitudo formalis ut infra demonstrabitur. Ergo. &c.

Objices jo: inter objectum et facultatem debet esse aliqua proportio, commensuratio, adequatio. atqui inter deum et illectum vel voluntatem creatam nulla est proportio, siquidem finiti ad infinitum nulla est proportio, ut docent mathematici. Ergo Deus non potest esse objectum illectus aut voluntatis creatae.

Disquo mai: debet esse proportio habitudinis, idem habitudo relatio, ordo, respectus ad objectum, et debet esse proportio entitatis hoc est similitudo entitatis cum entitate, naae cum naa. N. jam vero inter deum et illectum vel

Voluntatem Creatam ō ē quidem pportio Entitatis, naæ et Essentiæ; deus enim et facultates Creatæ ō habent eandem naam et essentiam: ē vero pportio habitudinis, ē habitudo, ordo, respectus, relaō, quia deus refertr ad illectum et voluntatem sicut objectum ad potentiam, sicut illigibile ad illectum, et amabile ad voluntatem.

Instavis jo: pportio habitudinis nunquam reperitr sine pportione Entitatis naæ et essentiæ, quia nunquā reperitr sine suo fundamento. atqui ex Concessis deus ō habet pportionem Entitatis, naæ et essentiæ cum facultatibus humanis, cum illectu et voluntate.

Ergo neq; habet pportionem habitudinis, ordinis, relaōis.

Disgno maj: sine pportione Entitatis genericâ, hoc ē in aliquo genere Entis, v.g. in genere Entis spiritalis, C: sine pportione specificâ, hoc ē sine pportione in eadem spec, v.g. in eadem spec Entis Creati et independentis, N. porro deus ē spiritalis, et pariter facultates hnaæ sunt spiritales.

86. Instabis 2do: Licet objectum sit materiale et facultas sit materialis, ô tamen objectum materiale potest attingi à qualibet facultate materiali, Licet enim Color sit materialis, et auditus sit quoq; materialis, auditus tamen Colorem attingere ô potest. Ergo Licet objectum sit Spiritale et facultas sit Spiritalis, objectum tamen Spiritale attingi ô potest à facultate Spiritali.

Nego Consequentiam et paritatem: ratio disparitatis est quia facultas Corporea et facultas particularis et determinata ad unum objectum, ô universalis et indifferens ad objectum quodlibet; at vero facultas Spiritalis immaterialis est generali ratione facultatis Spiritalis et facultas universalis indifferens ad quodlibet objectum, ad unus Corporeum et Spiritale, finitum et infinitum, dependens et independens: proindeq; facultates humanae, quae Spiritales sunt, sunt etiam universales et indifferentes ad quodlibet objectum attingendum.

Instabis 3o: objectum physicae immaterialis ô potest

attingi à facultate physicae immaalis: angelus v.g. qui qui physice immaalis est non potest videri ab oculo qui est physice maalis. ~~Ergo objectum neq. physice immaale ut deus~~ Ergo objectum methaphysice immaale ut deus attingi non potest à facultate methaphisice immaali qualis est facultas humana.

Nego Consequentiam et paritatem. ratio disparitatis est quia facultas physice maalis, ut oculus, est facultas particularis et determinata propter suam maalitatem physicam; atvero facultas methaphysice maalis, qlis est illectus humanus, voluntas humana, propter suam immaalitatem physicam est universalis et indiferens ad quodlibet objectum attingendum sive maale physice, sive physice immaale sive maale methaphysice, sive etiam metaphysice immaale.

Objices 2do: appetitus finitus et creatus satiari potest et adequari bono finito et creato; bonum finitum et creatum tantum appetibile est quantum appetitus

88. finitus et Creatus appetitivus est sciet finitae in
infinitum: sed appetitus hominis est finitus et Creatus
sicut naturaliter finita et Creata est. Ergo appetitus hominis
satiari et adaequari potest bono finito et Creato; proindeque
beatitudo objectiva hominis non consistit in Deo optimo maximo.
Disgiro maj: appetitus finitus et Creatus
satiari potest bono finito et Creato appetitus particularis
et determinatus qualis est appetitus sentiens, Ci
appetitus universalis et indifferens ad omne bonum, N.
appetitus enim universalis et indifferens ad omne bonum
est infinitus extensive extrinsece objective: porro appetitus
hominis est quidem finitus et Creatus sed est universalis
indifferens ad quodlibet bonum non particularis ut determi
natus ad certum bonum; est enim spiritalis immaterialis
non materialis corporeus, proindeque extendi potest ad summum
illigibile licet sensus non tendat per se ad summum
sensibile R. g. visus ad summum visibile, quia summum
sensibile laedit naturaliter temperiem sensus;

Jam difficultas est in quo posita sit beatitudo formalis hominis.

Beatitudo formalis est actus animi ratione utentis secundum virtutem perfectam in vitâ perfectâ, inquit Aristoteles.

Primo quidem formalis beatitudo hominis est actus, non autem substantia, facultas aut habitus; nam illud est beatitudo hominis quod est ultima ejus perfectio. atqui solus actus hominis non autem ejus substantia, facultas aut habitus, est ultima perfectio; substantia enim facultas et habitus ordinantur ad actum tanquam ad ultimam perfectionem juxta illud: esse et posse sunt propter operari seu agere. Ergo &c. quamobrem sicut in Ludis olympicis coronâ donabantur qui fortiter decertabant, non qui corporis formam et robore praestabant; ita beatitudinis coronâ donantur qui bene agunt seu operantur, non qui animo facultatibus aut habitibus, antecellunt.

Secundo est actus animi ratione utentis; nam formalis beatitudo hominis debet esse actus hominis ut est homo,

debet enim ex illi peculiaris.

Tertio formalis beatitudo est actus animi rationem utentis secundum virtutem perfectam; nam actus perfectus est secundum virtutem perfectam oculi, ~~visio perfecta~~ atqui beatitudo formalis est actus perfectus. Ergo &c.

Denique est secundum virtutem perfectam in vitâ perfecta; nam illud est in vitâ perfectâ quod est in vitâ satis longâ. atqui beatitudo formalis debet esse in vitâ satis longâ sicut enim hirundo una aut una dies serena non facit ver; sic vita brevis non facit hominem beatum, inquit Aristoteles,

Quaeritur: in quanam operatione animi posita sit illa beatitudo formalis, an in operatione intellectus, an in operatione voluntatis, an in utraq; simul.

Thomistis enim beatitudo formalis consistit in sola operatione ~~voluntatis~~ mentis, operatio autem intellectus est tantum conditio requisita Scotistis ad beatitudinem, non autem pars illius essentialis.

Nonnullis recentioribus beatitudo formalis consistit

in sola delectatione in sola voluptate ô quidem corporea quae percipitur ex bonis sensibilibus, sed rationali spiritali quae percipitur ex deo possesso, cognito, et amato.

Sancto bonaventurae beatitudo totalis et adequata consistit in operatione intellectus et voluntatis simul, in cognitione et amore fruitivo dei, in cognitione per amorem completa, et in amore per cognitionem illustrato. S.t Bonav.

Sed qui sequuntur opinionem Sancti Bonaventurae vulgo docent voluptatem, delectationem esse tantum appendicem beatitudinis, ô partem essentialem; nos autem ita amplectimur sententiam ejus, ut voluptate delectationem directam sciat quae ex dei possessione immediate percipitur, dicamus esse partem essentialem beatitudinis, sed indistinctam ab amore fruitivo dei.

Secunda Clus.

Beatitudo formalis essentialiter posita est in cognitione dei et ejus amore fruitivo simul ô seorsim sumptis.

Probatur: beatitudo formalis essentialiter posita est in illa

92 operaõe quæ reddit deum hoĩ præsentem oĩbus modis quibus fieri potest, quæq; sistunt motum oẽm et appetitum hoĩs. atqui Cognio dei et ejus amor fruitivus sistunt motum omnem et appetitum hoĩs reddunt; deum hoĩ præsentem modis oĩbus quibus fieri potest.

Primo quidem Cognio Dei et amor fruitivus reddunt deum hoĩ præsentem oĩbus modis quibus fieri potest; nam deus Redei potest hoĩ præsens duobus tantum modis scilicet attrahendo ipsum et excurrendo in illum: atqui per Cognioẽm redditr præsens attrahendo ipsum, et per amorem fruitivum excurrendo in illum per Cognioẽm quidem redditr præsens attrahendo, per speciem ejus ac similitudinem, inquit S.tus Thomas. unde illectus Cognoscendr animæ manus, quia trahit ipse objectum per speciem ac similitudinem illius; per amorem vero fruitivum deus redditr hoĩ præsens excurrendo per pondus et

S.tus Thom.

inclinaoem in illum, amor enim fit quatenus amans
et in re amata per pondus et inclinationem, inquit S.tus Thom.
idem S.tus Thomas. unde et voluntas amans dr
animae pes, quia excurrit in bonum per pondus
et inclinationem. Ergo &c. quam obrem in scriptura sacra
modo beatitudo reponitur in cognitione dei per amorem
completa et modo in amore fruitivo cum gaudio per
cognitionem illustrato; his verbis: haec est vita aeterna
ut cognoscant te deum verum: ostende nobis patrem
et sufficit nobis: gaudium vestrum nemo tollet a
nobis: torrente voluptatis potabis eos.

Deinde vero: cognitio dei et ejus amor fruitivus
sistunt omnem motum naturalem hominis, nam quod sistit
inquisitionem veritatis et desiderium bonitatis, illud
sistit omnem motum naturalem hominis, et enim dupliciter
ille motus alter per illectum, et alter per voluntatem:
atqui cognitio dei et ejus amor fruitivus sistunt
inquisitionem veritatis et desiderium bonitatis; nam

94 nam cognitio primae veritatis et amor ipsae bonitatis sistunt inquisitionem omnem veritatis et omnem bonitatis desiderium; atqui deus est prima veritas et ipsa bonitas, ergo &c.

Objicies primo: Contemplatio veritatis est operatio solius intellectus et voluntatis: atqui beatitudo, contemplativa scilicet, qualis est beatitudo dei et angelorum, posita est in contemplatione veritatis. ergo &c.

Disgruo maj: Contemplatio veritatis pura et nuda, per amorem fruitivum dei minime completa, c: contemplatio per amorem fruitivum completa, n. Porro beatitudo consistit in contemplatione veritatis per amorem fruitivum completa; nam beatitudo formalis debet esse jucundissima et altera; et potest autem esse jucundissima sine gaudio voluptatis et amore fruitivo ut per se constat.

Instabis: si beatitudo contemplativa posita esset in amore fruitivo bonitatis posita esset in actione virtutis moralis, scilicet in actione caritatis ergo deum. atqui

beatitudo contemplativa posita est in actione virtutis; beatitudo enim contemplativa hominis est hominis similitudo cum deo et intelligentiis et arbor; in deo autem et intelligentiis est virtus moralis, est prudentia, justitia, &c. Ergo.

Disgno maj: posita esset in actione virtutis moralis contemplativae, sciet in actione caritatis Ergo deum, C: in actione virtutis civilis et politicae ad vitam activam pertinentis, N. porro negat quidem plus beatitudinem intelligentiarum positam esse in actione virtutis ad vitam activam pertinentis, qualis est justitia commutativa, quae in faciendis commerciis, fortitudo quae in adeundis et sustinendis periculis, temperantia quae in coercendis cupiditatibus occupatur: importuna et frigida laus est, inquit plus, diis et intelligentiis tribuere justitiam, fortitudinem et temperantiam; et tamen negat beatitudinem intelligentiarum positam esse in actione virtutis moralis ad vitam contemplativam pertinentis, qualis est amor Dei fruitivus; docet.

96. Enim vitam illigentiarum est jucundissimam.

Instavis 2do: beatitudo consistit in ea tantum operatione quae praestantissima est, inquit idem philosophus: atqui operatio illectus praestantissima est, non autem voluntatis; Illectus enim attrahit ad se objectum, voluntas vero excurrit in illud. Ergo &c.

Disgno maj: beatitudo consistit in ea tantum operatione quae praestantissima est in genere intentionali et affectivo simul, in genere Cognitionis et amoris C: in genere intentionali tantum et Cognitionis, N. utrumque; enim genus ad beatitudinem requiritur.

Instavis 3o: illud est de essentia beatitudinis quod est primum in beatitudine: atqui operatio voluntatis est quid primum in beatitudine; sequitur enim Cognitionem Ergo &c.

Disgno mai: quod est quid jam respectu proprietatum et affectionum, C: respectu eorum quae sunt proprietates et affectiones N. porro operatio voluntatis licet posteriorsit

posterior sit cognitio quae pertinet ad omnem essentiam beatitudinis, et tamen prior securitate, aeternitate et caeteris proprietatibus.

Instabis 4°: illa operatio est de essentia beatitudinis quae supponit deum praesentem ac possessum, tum quatenus verum, tum quatenus bonum: atqui operatio voluntatis et amor dei fruitivus supponit deum praesentem et possessum, tum quatenus verum, tum quatenus bonum: supponit enim deum cognitum tum quatenus verum, tum quatenus bonum. Ergo &c.

Disgno maj: Quod supponit deum possessum ac praesentem tum attrahendo tum excurrendo, intentionaliter et affective C: attrahendo tunc N. porro amor dei naturae supponat deum possessum affective, facit eum possideri affective.

Instabis Denique: cum Schotistis: illa operatio est beatitudo, quae est propria bonis; beatitudo enim est virtutis praemium, proindeque est propria bonis: atqui operatio illectus cognitio dei est propria bonis; Convenit enim malis daemonibus. Ergo &c.

Disgno maj: est beatitudo totalis et adequata, C: partialis et

98 inadequata N. Licet enim beatitudo totalis sit propria bonis partialis tamen et inadequata potest convenire malis, ô quidem supernaturalis, quae consistit in visione dei intuitiva, sed naturalis, quae posita est in cognitione abstractiva dei, ut authoris naturae.

Objicies 2do: illa operatio est beatitudo formalis, quae ô attingit summum bonum quatenus summum bonum, quae ô attingit bonitatem ut bonitatem: atqui operatio illectus ô attingit summum bonum ut summum bonum, sed summum verum ut summum verum. Ergo &c.

Disgno maj: quae ô attingit attrahendo, C: excurrendo, N. porro illectus attingit bonum attrahendo, sicut voluntas attingit verum excurrendo.

Insuabis: illa operatio est de essentia beatitudinis, quae medium est ad aliam: atqui operatio illectus medium est ad operationem voluntatis; cognitio dei medium est ad amorem; quod enim est prius in executione, est posterius in intentione, proindeque medium ad aliud. Ergo &c.

Disgno maj: quod est medium simpliciter, C: quod est medium secundum quid, n. porro operatio intellectus secundum quid tantum et sub aliqua ratione est medium ad amorem, et autem simpliciter; sublato enim amore cognitio dei et esset inutilis, quia sisteret inquisitionem veritatis. —

Obiectio 3o: beatitudo formalis consistit in ea operatione quae propter seipsam expetibilis est, et propter quam caetera expetuntur: atqui delectatio propter seipsam expetibilis est; nam ut habet philosophus, absurdum est quaerere ab aliquo cur velit delectari. Ergo &c.

Disgno mi: delectatio indistincta ab amore dei, C: distincta, n. voluptas enim quae de deo praesenti et possesso percipitur est ipse amor fruitivus dei; habet enim idem objectum formale. —

Instabis: illa operatio disgnitur ab amore dei quae est de ipsa cognitione et amore fruitivo dei tanquam de suo objecto motivo; beati enim delectantur de possessione totali et adequata dei. Ergo &c.

Disgno antecedens: illa operatio, scilicet delectatio, reflexa et 2daria

1.00. quae percipitur de ipsa possessione dei, ō de ipso deo, c. voluptas directa et primaria quae de ipso deo ō de possessione dei percipitur,

n.

Ex quibus illigitur utramque illam operationem ex parte essentialem beatitudinis, ita tamen ut cognitio sit pars nobilior, quia nempe cognitio nobiliori modo versatur, circa suum objectum, instar manus sciet attrahendo.

Ceterum illectus creatus potest deum cognoscere duobus modis: sciet abstractive et intuitive.

Ille cognoscit abstractive deum qui cognoscit per creaturas, quomodo methaphysici; ille cognoscit intuitive qui cognoscit deum per seipsum proxime, quomodo beati: utraque illa cognitio est evidens, intuitiva tamen est evidentior.

Voluntas creata potest etiam amare deum duobus modis, amore amicitiae et amore concupiscentiae.

Ille Deum amat amore amicitiae, qui amat deum ut absolute et in se bonum: ille autem amore concupiscentiae, qui deum amat ut relative ceu quatenus bonum sibi: uterque ille amor honestus est; sed amor amicitiae longe nobilior est amore concupiscentiae;

Nam amor amicitiæ fertur in deum quatenus absolute bonum, amor autem concupiscentiæ in deum quatenus nobis bonum, adeoq; tendit in deum propter nos ipsos quidem tanquam finem qui sed propter finem cuj.

Itaque difficultas est an beatitudo formalis posita sit in utraq; illa cognitione dej et in utroq; illo amore.

Cognitio dej abstractiva naturalis est, quia non excedit vires humanas; intuitiva autem supernaturalis est. utrumq; amor sive concupiscentiæ sive amicitiæ duplex est: scilicet naturalis quo deus amatur, quatenus bonum naturale; et supernaturalis quo deus amatur ut bonum supernaturale.

his positis. cognitio abstractiva dej est de essentia beatitudinis naturalis; intuitiva vero de essentia beatitudinis supernaturalis. solus autem amor amicitiæ est de essentia beatitudinis; supernaturalis quidem si supernaturalis sit; naturalis vero si sit naturalis.

Articulus Tertius

Cur Qualis Et Quoruplex Sit.

Beatitudinis objectiuae nulla est causa, quia deus est;

Beatitudinis formalis finis est beatitudo objectiua. Causa efficiens deus et homo. Causa materialis in qua, voluntas et intellectus. Formalis nulla.

Proprietates beatitudinis sunt ejus inequalitas, delectatio reflexa, perpetuitas, securitas et aliae.

Beatitudo multiplex est, sed praesertim naturalis et supernaturalis, contemplatiua et actiua, totalis et partialis, essentialiter et integraliter perfecta.

Beatitudo naturalis est ea quae non excedit naturae vires ut cognitio dei abstractiua et ejus amor fruitiuus naturalis quod in hac vita haberi potest, ac proinde homo potest hic esse beatus ante obitum, quod negauit Solon, et affirmat aristoteles, beatus, inquam, saltem essentialiter.

Supernaturalis est ea quae excedit naturae vires

Ut cognio dei intuitiva et ejus amor supernaalis.

Contemplativa ea est quae consistit in contemplatione veritatis jae, et in voluptate eam consequente.

Activa quae consistit in actione virtutis civilis et politicae, sciet prudentiae, justitiae, temperantiae, et fortitudinis:

Contemplativa nobilior est activa: quia magis continua est; est enim magis independens a corpore: 2do, quia magis jucunda est; petitur enim a rebus jucundioribus hoc est spiritalibus: 3o quia magis sufficiens est; minus enim eget bonis externis, opibus &c. 4o, quia magis est propter se; minus enim expetitur pter honorem, famam, &c: 5o, quia deo magis assimilat; beatitudo enim activa deo non convenit.

Totalis est ea quae facit deum praesentem omnibus modis: ut cognio et amor dei simul.

Partialis est ea quae facit deum praesentem aliquo

tum modo ut Cognio dei solitarie sumpta.

Essentialiter perfecta, quae includit oes partes essentiales beatitudinis, Cognoem scilt et amorem fruitivum.

Integraliter perfecta, quae habet praeterea appendices beatitudinis, perpetuitatem scilt &c. quo sensu beatitudo dr abortio status oium bonorum aggregaoe perfectus.

Ex Dictis patet jo quod nullum sit summum malum, cujus participaoe caetera oia sint mala, sicut datr summum bonum cujus participaoe caetera sint bona.

Manichei duo admittebant ja principia realia, independentia, et aeterna, quorum unum esset summum malum et alterum summum bonum.

Sed refelluntr, quia malum ~~ex~~ privaoe, adeoq; jo ~~o~~ ens reale. 2do, quia illud involvit contradictionem, esset enim summum malum et ~~o~~ summum malum.

Esset quidem summum malum ex hypotesi; et esset autem quia haberet aliquam bonitatem et perfectionem, esset enim ens: ens vero cum bono convertitur, et aliunde existentia independens est summa perfectio.

Secundo colligitur, summam hominis miseriam positam esse in irreparabili dei privatione, quia illud est summa hominis miseria quod directe opponitur summae ejus felicitati: atqui irreparabilis privatio dei opponitur summae hominis felicitati, scilicet possessioni dei. Ergo &c.

Quamobrem in hac vita nullus summe miserus, quia nullus irreparabiliter privatus est deo: improbi autem sunt miseri secundum quid.

Unde sequitur paupertatem, orbitatem, &c. Licet incommoda sint, et esse tamen summam hominis miseriam.

Quaestio Quinta De Actu humano.

Articulus Primus an et quid sit.

Actus humanus ille est qui exercetur ab homine

 quatenus est hoc, et rationem pollet ut actus virtutis et vitij.

Existit, ut satis constat, definitur autem actus ab hoc elicitus humano modo, hoc est cum cognitione finis et mediorum, cum attentione: quo differt ab actu hominis ut olim diximus.

Dactum humanum non sufficit quaelibet cognitio illectus, sed requiritur cognitio clara et distincta; in dormientibus enim, est cognitio illectus confusa; in quibus tamen non est actus humanus meritorius aut demeritorius.

Moralitas actus humani formalitas est ejus mensurabilitas a recta ratione, cui conformis est aut difformis.

Articulus Secundus

Cur et Qualis sit actus humanus.

Principia et Caas actuum humanorum internas et externas vel jam explicuimus, vel modo explicabimus.

Proprietates actuum hūaorum sunt bonitas et malitia.

Bonitas et malitia actuum hūaorum sumuntr ex objecto, fine, et circunstantiis bonis et malis. bonitas quidem ex his oibus simul sumptis; malitia autem ex jis seorsim; nam ut dr bonum ex integrâ Caa: malum ex minimo defectu.

Objectum actus humani ē maa in quâ exercetr.

finis ē id quod intenditr.

Circunstantia ē accidens quod comitatr.

Objectum et finis se habent in moralibus sicut maa et foa in physicis: Circunstantiæ autem se habent ut accidentia.

Circunstantiæ porro actus humani vel sunt physicæ, quæ nihil faciunt ad augendam bonitatem et malitiam: ut manus dextra in homicidio; vel sunt morales

108. quæ aliquid faciunt ad augendam bonitatem et malitiam ut quantitas rei datæ in eleemosynâ: atq; hæ sunt iterum duplicis generis, puræ, quæ augent bonitatem et malitiam in eadem specie, ut quantitas rei ablatæ in eadem specie furti; et impuræ seu mixtæ quæ causant bonitatem et malitiam in diversâ specie, quæ faciunt ut actus sit diversæ speciei: ut locus sacer qui facit ut furtum sit sacrilegium. Circumstantiæ puræ non mutat speciem actus, mutat autem impura.

Est hic difficultas utrum bonitas et malitia spes conveniant actui humano, an nullus detur indiferens.

Actus humanus potest esse indiferens duobus modis scilicet physice, quando liber est et moralis quando ~~est~~ nec positive bonus est nec malus. indiferentia moralis est igitur negatio bonitatis et malitiæ, seu conformitatis et difformitatis cum rectâ ratione.

Actus autem humanus potest esse indiferens duplici modo scilicet in specie, quando habet objectum indiferens

persisse, ut voluntas deambulandi; et in individuo, quando ō modo habet objectum indifferens, sed finem etiam indifferentem et circumstantias.

Patentr: oēs dari actum humanum indifferentem in specie, quia datur multiplex objectum indifferens ut deambulare, festucam attollere.

Quaeritr ergo an sit aliquis in individuo. Negat Stus Thomas, quia si actus humanus referatur ad deum ut finem ultimum, positive bonus est, si autem referatur ad finem ultimus, est malus. affirmat contra Schotus. Stus Thom.

Conclusio

Non dantur actus humani indifferentes in individuo.

Probatr: illi actus humani ō sunt indifferentes in individuo, qui habent finem aut positive bonum, aut malum: atqui oēs actus humani habent finem, aut positive bonum aut positive malum; nam vel finis bonum vel est creatus vel increatus: atqui finis ultimus

1.10. increatus est positive bonus, et finis ultimus
Creatus est malus: jo quidem finis ultimus
increatus positive bonus est, ut omnes agnoscunt:
deinde finis ultimus Creatus malus est; nam
ille finis est malus qui repugnat justitiae et
gratitudini hominis Ergo deum: atqui finis ultimus
Creatus repugnat justitiae et Gratitudini Ergo
deum: repugnat quidem justitiae, quia tum Creatura
sibi vindicat ad finem ultimum quod soli deo debetur:
repugnat etiam gratitudini; nam ille finis repugnat
gratitudini hominis, ergo deum, qui sibi attribuit actum hominis
qui deo tanquam auctori beneficio debitus est titulo
gratitudinis: atqui finis ultimus Creatus sibi
vindicat actum hominis qui deo tanquam auctori beneficio
debitus est titulo gratitudinis. Ergo &c. quamobrem apostolus
apostolus ait: sive edatis sive bibatis, sive aliud quid facitis,
omnia in gloriam dei facite.

Objectio siquis omittat opus supererogationis R. g. 1. n.
recitationem rosarij quia o tenere precise, tunc exercebit
actum indiferentem in individuo atqui aliquis potest
omittere opus super erogationis, potest apud se dicere
nolo recitare rosarium quia o tenere. Ergo &c.

Nego mai: et dico in illa hypotesi exercere quidem
omissionem indiferentem in individuo o vero actum positivum,
quod diligenter observandum est, quia adversarij confundunt
omissionem indiferentem cum actu indiferente.

Instabis 1o: Date omissio indiferens in individuo ex
dictis. Ergo et actus positivus

Nego consequentiam et paritatem. ratio disparitatis est
quia omissio ut pote purum nihil o est debita deo nec justitiae
titulo nec titulo gratitudinis: contra vero est de actu positivo
ut diximus.

Instabis 2do: ut hoc teneatur referre omnes suos actus
ad deum ut finem ultimum, ut possit aliquos sine peccato
referre ad creaturam, satis est quod aliquae creaturae
o sint malae sed indiferentes: atqui nonnullae creaturae
sunt indiferentes, v. g. sanitas, recreatio. Ergo &c.

1.12 Disgno maj: satis est quod aliquae creaturae sint indifferentes consideratae ut finis ultimus, c: ut finis medius, n. porro creaturae sunt quidem indifferentes ut finis medius, ut ordinabiles ad ulteriorem; o autem ut finis ultimus, quomodo demonstratum est.

Instavis 3o: si aliquod praeceptum obligaret referre omnes suos actus ad deum, ut finem ultimum, illud foret naturale, vel positivum, idest liberum positum a deo: atqui neutrum dici potest; ergo.

Nego mi: et dico dari praeceptum tum naturale tum positivum: jo quidem dari naturale, quia praeceptum justitiae et gratitudinis ergo deum est naturale, fundatur enim in natura: 2do datur positivum, ut patet ex verbis apostoli laudatis

Instavis 4o: praeceptum naturale notum est omnibus praesertim doctis: atqui praeceptum referendi omnes suos actus ad deum ignotum est Schotistis, doctis certe viris. ergo &c.

Disgno maj: notum est viris doctis praeceptum naturale praeceptum jum, aut jo proximum, qualem est illud declina a malo,

Et fac bonum, C: 2dum et a primo remotum, n. quale est praeceptum quod mendacium officiosum non sit licitum, quod viros doctos olim quosdam latuit. porro praeceptum referendi actus suos est secundum et a jo remotum.

Instabis 4o: homo non tenetur ad id quod impossibile est. atqui impossibile est hominem omnes actus suos referre ad deum, quia impossibile est semper de deo cogitare. Ergo &c.

Disgno mi: impossibile est referre omnes actus relatione actuali et explicita, C: virtuali et implicita, n. hoc autem facillimum est, si diebus singulis actus nostros deo offerimus, et identidem intentionem nostram renovemus.

Instabis 6o: quicunque ~~deum~~ tenetur diligere deum ut finem ultimum, tenetur esse in statu gratiae et amicitiae cum deo; dilectio enim dei facit hominem justum et gratum, vel formaliter vel dispositive: atqui homo non tenetur quotiescunque agit esse in statu gratiae sanctificantis, ut fatentur theologi. Ergo &c.

Disgno maj: qui tenetur diligere deum ut auctorem gratiae, transeat: ut authorem naturae, n. dilectio enim dei ut auctoris naturae non facit hominem justum. porro homo tantum tenetur diligere deum ut auctorem naturae quotiescunque agit; pagani non tenentur diligere deum ut auctorem gratiae, alioquin omnia eorum

1.14. opera essent peccata quod damnatum est bene autem ut auctorem naturae unde inexcusabiles dicuntur in scriptura quod cum deum cognovissent ut authorem naturae et sicut deum glorificaverint.

Instabis 1°: christianus et tenetur diligere deum ut authorem gratiae quotiescunque operatur, licet cognoscat deum ut auctorem gratiae. Ergo pagani et tenentur quotiescunque agunt diligere deum quem norunt ut auctorem naturae.

Nego consequentiam et paritatem: ratio disparitatis est quia christianus potest diligere deum et ut auctorem naturae et ut autorem gratiae, proindeque et spes tenetur diligere ut auctorem gratiae, Paganus autem et infidelis potest tunc diligere ut auctorem naturae, proindeque si et diligeret ut autorem naturae nullo modo diligeret.

Objices 2do: quod convenit speciei convenit etiam individuo: atqui indifferentia moralis convenit speciei actuum humanorum. dantur enim actus indifferentes in specie. Ergo indifferentia convenit etiam individuo, cum quod idem est dantur actus indifferentes in individuo.

Distinguo mai: quod Conuenit Speciei Conuenit 1.15.
Etiam indiuiduo si non Conueniat ei propter Universalitatem
et Superioritatem, Concedo: si Conueniat ratione suae
Superioritatis, Nego. Porro indifferentia moralis Conuenit
Speciei actuum humanorum propter Universalitatem
et Superioritatem Speciei, non autem propter aliam
Caam; proindeq; ō Conuenit indiuiduo. quod autem
subjiciunt inter ~~alia~~ opposita quae ō sunt Contradictoria
dari medium per utriusq; Negationem et exclusionem,
bonitatem autem et malitiam ō ee Contradictoria,
ac proinde dari medium inter malitiam et bonitatem
per utriusq; exclusionem, adeoq; actum aliquem qui neq;
bonus sit neq; malus: nihil ē forte, nam datr
medium ex parte ipsorum oppositorum. non autem
semper ex parte subjecti; sicut enim inter sanitatem
et morbum ō datr medium ex parte animalis, quia
animal alterutrum exigit. sic inter bonitatem et malitiam
~~ex parte~~ ō datr medium ex parte actus humani, quia

1.16. Alterutrum postulat.

Articulus Tertius

Quotuplex sit actus humanus.

Actus humanus praesertim triplex est, scilicet actus illectus et actus voluntatis atq; appetitus sentientis de quibus sigillatim est dicendum.

In illectu morali sunt synderesis, conscientia, et consultatio. De synderesi et conscientia dicemus olim.

Consultatio deliberatio est voluntaria inquisitio mediorum ad finem consequendum.

Duae sunt partes consultationis, scilicet inquisitio mediorum et sententia seu consilium de mediis. inquisitio mediorum est eorum comparatio cum fine et cum se invicem, ut cognoscatur utilius. sententia seu consilium de mediis est cognitio medij utilioris.

Consultatio est tantum de fine ultimo de bono in particulari et in conj., de possibilibus et de impossibilibus, de contingentibus et de necessariis, de futuris et de praesentibus aut praeteritis.

Actus voluntatis vel sunt imperantes seu eliciti qui per voluntatem immediate exercentur, ut intentio finis, vel imperati qui per alias facultates exercentur, ut meditatio per illectum.

hic agimus de imperantibus.

Actus voluntatis quatenus duplex est: scilicet circa finem et circa media.

Actus voluntatis circa finem triplex est, scilicet velleitas, intentio, et fruitio. Velleitas est amor inefficax finis. Intentio amor efficax et absolutus finis absentis; fruitio est complacentia in fine praesenti possesso.

Actus voluntatis circa media est triplex: scilicet electio, consensus, et usus. Electio est assumptio unius medii prae aliis. Consensus est assumptio medii quatenus simpliciter necessarii, et unici ad finem. Usus est voluntaria applicatio caeterarum facultatum.

1.18 Actus appetitus sentientis vocantur passiones.

Passio in moralibus est motus appetitus sentientis circa bonum aut malum sensibile cum aliqua immutatione corporea. dicitur passio quod sit mera passio seu receptio; et enim actus vitalis: sed quod passionem seu mutationem sensibilem infert corpori: v.g. ira pallorem.

Finis passionis est individui conservatio et speciei propagatio; individuum autem materie conservatur per nutritionem; species autem propagatur per generationem. unde has operationes naturae jucundas fecit, ut adeas et se moverentur animalia.

Causa efficiens passionis est partim imaginatio quae repraesentat bonum et malum sensibile, partim corporis temperies, sed praecipue et proxime appetitus sentiens. materia circa quam seu objectum passionis sunt bonum et malum sensibile. materia in qua seu subjectum videtur esse cor, quia passionibus materie afficitur.

Passiones passionibus opponuntur simpliciter, 1o ratione objecti, quando una attingit bonum et altera malum, ut amor et odium, 2do ratione subjecti, quando est in ~~illecta~~ appetitu

Concupiscibili et altera in irascibili ut desiderium et spes, 3o ratione modi, quando una accedit ad aliquod objectum, a quo altera recedit, ut spes et desperatio.

Quanam arte passiones moveri possint traditur a rhetoribus, quae sint passionum causae physicae, a physicis explicatur. ad aethicam autem pertinet agere de earum bonitate et malitia atque indifferentia nec ordine numero.

Ethoicis Passiones sunt indignae viro sapienti, sunt totidem animi morbi. peripateticis Passiones per se ex suo genere non sunt indignae viro sapienti, licet per accidens possint esse malae. verum ut monet S.tus augustinus, peripa- S. augu- teticis Stoici solo nomine discrepant; Stoici enim nomine passionis illigunt motum inordinatum, motum rationi contrarium; peripatetici vero illigunt motum appetitus sentientis praecise sumptum. quo sensu passiones non sunt indignae viro sapienti.

Nam illud non est indignum viro sapienti, quod potest a recta ratione temperari; ad justam mediocritatem reduci in usum laudabilem converti: atqui passiones per se et ex suo genere sunt ejusmodi: dolor de alieno malo converti potest in usum

misericordiæ, ira in usum justæ vindictæ, metuunt peccare boni, cupiunt perseverare, dolent de peccatis, et gaudent de bonis. Ergo &c. Unde Christus dominus etiam iratus est, cum ementes et vendentes in templo ejecit, tristatus est usq; ad mortem in horto olivarum.

Objices: Concupiscentia est passio, et invidia: atqui concupiscentia et invidia sunt indignæ viro sapienti: Ergo &c.

Disgno maj: Concupiscentia et invidia sunt passiones specificæ sumptæ, C: sunt passiones genericæ sumptæ et præcisæ. N. quamobrem quædam passiones specificæ sumptæ, quatenus tales sunt indignæ viro sapienti; omnes autem passiones in genere.

Instabis: Vir sapiens debet perfrui tranquillitate perfecta: atqui passio etiam præcise sumpta, mare autem antecedens rationis imperium, turbat tranquillitatem illam. Ergo &c.

Disgno maj: tranquillitate perfecta secundum quid et in genere tranquillitatis humanæ, C: perfecta simpliciter in

in genere tranquillitatis divinae et angelicae n. porro
equidem passiones omnes turbant perfectam tranquillitatem,
quae divina est, et autem tranquillitatem quae hoi ~~tran~~
propria est sunt enim ei naturales. quemadmodum ergo
aestus maris et turbat ejus tranquillitatem perfectam,
quia naturalis est mari. sic passio hominis tranquillitatem et turbat,
quia ei naturalis est. quod si autem passio antecedens rationis
imperium dicitur a theologis esse indigna Christo domino, id
dicitur, quia fuit homo sapientia singulari et extraordinaria,
quod dici et debet de caeteris nulgo hominibus.

Quod pertinet ad numerum passionum.

Platoni tonica est passio: scilicet amor, quia ab amore caeterae omnes
oriuntur. quibus dant duodecim sunt passiones, sed in appetitu concupiscentiae et totidem in irascentiae, jam enim adjungunt tolerantiam.
alias plures quam duodecim quia plures sunt motus appetitus
sentientis. sancto thomae autem sunt undecim tantum, quas S. thom.
enumeravimus in compendiis. conciliari forte omnes possent,
dicendo cum platone unicam esse passionem simpliciter, jam
scilicet amorem et cum sancto thomae undecim esse passiones

simplices, deniq; cum cæteris plures ex compositas quam undecim.

Peripatetica tamen sententia tenenda est simpliciter undecim esse passiones: scilicet amor, odium; desiderium, fuga; gaudium, tristitia: spes, desperatio; audacia, timor; et ira. nam tot sunt passiones, quot modis appetitus concupiscens et irascens circa objectum suum versantur: atqui undecim sunt illi modi, seu concupiscentiæ, et quinque irascentiæ. sed juquam, concupiscentiæ nam appetitus concupiscens versatur circa suum objectum, vel quatenus bonum et malum simpliciter et tunc est amor et odium, vel circa bonum et malum quatenus est absens et tunc est desiderium et fuga: vel circa bonum et malum quatenus est præsens, et tunc est gaudium et tristitia; deniq; quinq; sunt modi irascentiæ. nam vel versatur circa bonum acquisitu possibile, et circa malum vitatu possibile, et tunc est spes et desperatio: vel circa bonum acquisitu impossibile, et circa malum vitatu impossibile, et tunc est timor et audacia: vel deniq; circa malum quatenus præsens, et tunc est ira.

Quamobrem tolerantia ō ē ppria passio, sed potius virtus moralis sedem habens in voluntate; et praeterea si esset passio, ō disgnerētur à timore, siquidem oriretur, sicut et timor, ex notitia periculi imminentis et gravis. nec debet esse passio in irascente circa bonum praesens, sicut ē ira circa malum praesens, quia appetitus irascens versatur circa bonum quatenus arduum et difficile, bonum autem praesens ō ē arduum et difficile.

Pars Secunda

Eticae De Principiis Internis Actuum humanorum

Principia interna actuum humanorum, sunt congenita vel acquisita. acquisita sunt habitus et virtutes. congenita sunt facultates.

Facultates autem aliae sunt rationales vel irrationales. rationales sunt illectus et voluntas. irrationales, sunt caeterae

Facultates.

Quaestio Prima
De
Illectu morali.

Artus Primus
De
Ejus actibus gnatim

Illectus moralis est illectus dirigens mores ad honestatem, per synderezim scient et Conscientiam.

Synderezis est notitia jorum benevivendi principiorum Cen praeceptorum: v. g. istius, fac bonum.

Conscientia est applicatio synderezeos ad facta particularia ad Casus particulares.

Synderezis vio extingui o potest; nunquam enim deleri potest ja notitia jorum principiorum benevivendi, quae naturaliter hoi insita sunt; unde nullus est qui o amet virtutem,

Et non oderit vitium saltem in aliis. Conscientia vero per 1.25.
inveteratam peccandi consuetudinem prorsus extingui potest,
quia nonnulli a deo induratj et reprobj esse possunt, ut jure
maleagendum nullos conscientiae stimulos sentiant.

Articulus Secundus
De
Jis actibus speciatim.

Conscientia duplex est: sciet vera et erronea.
Vera est ea quae dictat esse agendum et fugiendum quod
revera agendum et fugiendum est, ut deum esse colendum.
Erronea quae dictat illud esse agendum quod revera non est agendum,
ut ea quae dictabat olim triballis sanis esse mactandos.
Conscientia erronea iterum duplex est, id sciet invincibiliter,
quae errat errore insuperabili; et vincibiliter, quae errore
superabili et voluntario. Conscientia erronea invincibiliter excusat
a peccato, quod debet esse voluntarium, quia impedit quominus
actio sit voluntaria; non excusat omnem erronea vincibiliter.

Conscientia dr testificans quatenus repraesentat aliquid a nobis factum aut non factum: dr instigans, quatenus repraesentat aliquid faciendum aut fugiendum: dr excusans, et accusans, pro variis et multis officiis.

Quaestio Secunda

De Voluntate

Articulus jus. an quid et cur sit.

Voluntatem ex experimur.

Voluntas ex facultas appetitiva spiritalis obnoxia directioni intellectus.

Voluntas ex appetitus naturalissimus, quia ex appetitus spiritalis et immaculatus, proindeque indiferens ad quodlibet bonum honestum, jucundum et utile.

Voluntas ab intellectu monetur ad omnes suos actus necessarios liberos, deliberatos, et indeliberatos; nam quatenus loquendo facultas illa monetur ab intellectu in omnibus suis actibus

quæ nihil amare, nihil odisse potest, nisi prius ab illectu
ppositum fuerit tanquam bonum amabile, aut tanquam
malum odibile. atqui voluntas nihil amare, nil odisse potest,
nisi prius fuerit propositum ab illectu tanquam bonum
amabile, aut tanquam malum odibile juxta illud receptum
axioma nil volitum nisi prius cognitum; Voluntas
enim est facultas cæca, quæ in oibus actibus indiget
directione habitus, ergo voluntas movetur ab illectu in oibus
suis actibus necessariis, Liberis deliberatis et indeliberatis.

Objices illa facultas o dirigitur ab alia, quæ o percipit
directionem alterius; atqui voluntas o percipit directionem
illectus; est enim facultas cæca. ergo o dirigitur ab
illectu.

Disgno maj: quæ o percipit directionem alterius, si non
existat et radicetur in eodem supposito, C: si existat et radicetur
in eodem supposito, n. facultates enim existentes et radicatæ
in eodem supposito se se mutuo excitant et determinant ad
agendum Licet una o percipiat motionem alterius: sic facultas

13° dirigitur ab oculo, licet non percipiat directionem oculi; quia scilicet facultates non sunt principium quod sed tantum principium quo: porro voluntas et intellectus sunt facultates in eodem supposito existentes; proindeque praeter naturalem subordinationem facultatum unius et ejusdem suppositi una potest ab alia moveri, licet non percipiat directionem alterius.

Instabis: si voluntas ab intellectu moveretur non esset facultas libera, facultas enim libera non debet ab alia moveri, sed a seipsa: atqui voluntas est facultas libera et sui determinativa; ergo &c.

Disgno maj: si moveretur motione physica et simpliciter irreductibili, C: determinatione morali et reductibili, N. hac enim posita motione voluntas est adhuc sui determinativa physice, quod satis est ut sit libera. quamobrem voluntas quidem non determinatur ab intellectu, determinatione physica quae est moralis, quae simpliciter reductibilis est; voluntas enim resistere potest et saepius resistit motioni intellectus juxta illud, video meliora proboque deteriora sequor.

Voluntas movetur ab illectu ad speciem actus quia per cognitionem boni ad amorem potius movetur quam ad odium; movetur etiam ad exercitium quia movetur per cognitionem boni et mali ad exercitium amoris et odii: movetur tamen ad utrumque; cum hoc discrimine quod moveatur ad speciem actus motionem physicam, et ineluctabili simpliciter; moveatur autem ad exercititium motione tantum morali et simpliciter eluctabili: posita enim cognitione illectus potest adhuc voluntas agere vel non agere; verum ex hypothesi, quod agat necessario amat objectum sibi propositum sub ratione boni, sicut et odit necessario objectum propositum ab illectu sub ratione mali.

Articulus 2dus, Qualis et Quomplex sit Voluntas.

Proprietas voluntatis haec est quod imperet caeteris facultatibus et eas movere; motio autem et imperium differunt sicut genus et species licet enim omne imperium sit motio et omne imperans sit movens, non tamen omnis motio est imperium, omne movens omne imperans; inferior enim inferiorem, aequalis aequalem movere

132 potest, ō autem ipsi imperare. movere ergo nihil aliud est quam excitare ad agendum. imperare vero est movere cum dominio, jure et authoritate cogendi; ut pater familias in domo, potest autem aliquis imperare alteri vel despotice et hereliter, vel politice et civiliter: directe vel indirecte. ille imperat despotice et hereliter qui imperat absolute et sine facultate resistendi ex parte obsequentis, quomodo herus servis. imperat politice et civiliter qui imperat conditionate tantum et cum facultate resistendi: ut in monarchiâ per aristocratiam temperatâ subditis imperat princeps. imperat directe qui per se et immediate imperat, ut rex pro regibus, indirecte ut rex subditis per reges per alium.

Conclusio

Voluntas imperat cæteris facultatibus despotice aut politice, directe aut indirecte.

Probatur: illa facultas imperat cæteris facultatibus quæ regina est et domina cæterarum: atqui voluntas domina est et regina cæterarum facultatum, quia habet

ipsa dominium authoritatem et Libertatem, ut infra demonstrabitur. ergo &c.

Despotice quidem imperat facultati motrici membrorum externorum, quia ō possunt illi resistere, politice tamen illectui imaginaoi et appetitui sensitivo quia possunt resistere. imperat directe illectui et imaginaoi quia ō imperat illis intervenientibus aliarum facultatum: indirecte appetitui sensitivo et sensibus.

Quaestio 3a De Voluntario et incoluntario

Artus 1us Quid et Qualia sint

Voluntarium propriè dictum bene definitur quod ab interno procedit principio cognoscente singula in quibus

Dir. fieri ab interno principio hoc est a principio cognoscente et consentiente

Additur cognoscente singula in quibus est actio, id est objectum, finem, et circumstantias actionis, quae continentur hoc versiculo.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. quis significat personam agentem: quid significat genus actionis; ubi significat locum: quibus ~~quibus~~ auxiliis instrumenta: cur, finem vel potius effectum: quomodo modum, et quando, tempus.

Objicies: dolor, tristitia, desperatio in damnatis ut sunt actus voluntarij, et sunt tamen a principio interno cognoscente singula in quibus est actio. Ergo voluntarium ut bene definitur quod fit a principio interno &c.

Disgno, aut ut sunt actus voluntarij si considerentur in sua causa, hoc est in damnatione quae ut est voluntaria, e: si considerentur in seipsis, n.

Involuntarium positive bene definitur id quod fit a

a principio externo contra inclinationem patientis, ut injectio hominis reluctantis in carcerem.

Involuntarium, coactum, invitum, sunt varia ejusdem rei nomina. Involuntarium autem et violentum differunt sicut species et genus; omne enim involuntarium est violentum, sed non omne violentum est involuntarium; ~~non~~ motus quippe lapidis sursum est violentus, nec tamen est involuntarius; involuntarium scilicet reperitur in solis cognoscentibus, violentum vero in cognoscentibus et non cognoscentibus.

Proprietas voluntarij est quod nunquam separetur ab actibus imperantibus et imperatis formaliter sumptis, separari autem possit ab iis materialiter sumptis; sed illud, quoniam quaestio est non minima, diligentius est discutiendum.

Sensus quaestionis hic est, utrum actus voluntatis possint esse involuntarij, inviti, coacti. actus porro voluntatis vel sunt imperantes seu eliciti qui a voluntate proxime exercentur, ut intentio finis; vel sunt imperati, quia voluntate per alias facultates exercentur, ut cursus per vim motricem.

136. Omnibus vulgo phis Voluntas ō potest cogi ad actus imperantes; cogi tamen potest ad actus imperatos, Ceu, ut Loquuntur, imperari solitos. Verum actus imperantes Et imperati sumuntur duobus modis, scilicet materialiter, qui sunt imperantes et imperati; ō tamen quatenus imperantes Et imperati, possuntque dici imperantes et imperati in actu 1o; Vel formaliter qui sunt imperantes et imperati, quatenus sunt imperantes et imperati, possuntque dici imperantes et imperati in actu 2do.

Conclusio Prima.

Actus imperantes et imperati formaliter sumpti ō possunt esse involuntarii.

Probatur: illi actus ō possunt esse involuntarii quiō possunt esse a principio externo, neque contra voluntatem ipsius agentis: atqui actus imperantes et imperati ō possunt esse a principio externo, neque contra voluntatem ipsius agentis; ex hypothesi enim sunt imperantes et imperati formaliter, proindeque exercentur ab ipsa voluntate vel per se, vel per alias facultates.

Objicies jo: Voluntas projiciendi merces in mare est actus imperans, actualis projectio est actus imperatus, atqui uterq; actus est involuntarius et contra inclinationem agentis, ergo &c.

Disgno mi: uterq; actus est involuntarius secundum quid, C: est involuntarius simpliciter n. quamobrem actus imperantes et imperati formaliter sumpti, possunt esse involuntarij secundum quid, et simpliciter: possunt esse contra minus praecipuam et inefficacem voluntatem; et autem contra praecipuam et efficacem.

Secunda Conclus.

Actus imperantes et imperati materialiter sumpti absolute et methaphysice loquendo possunt esse involuntarij.

Probatur. illud potest esse involuntarium, quod potest esse a principio externo, et poni in hoc renitente; atqui actus imperantes et imperati materialiter sumpti absolute et metaphysice loquendo produci possunt ab externo principio scilicet deo et poni in hoc renitente: jo quidem ab externo principio scilicet deo esse

1.5 possunt. nam illud absolute et metaphysice loquendo produci potest a solo deo, quod accidentario tantum, o essentialiter pendet ab hoc: atqui actus imperantes et imperati accidentario tantum pendent ab hoc, quia effectus quilibet pendet tantum accidentario a causa 2da; et essentialiter a sola ja quae potest praestare per se oia quae praestant creaturae. Erindo poni possunt in hoc renitente; nam quod producitur ab agente fortiori potest poni in hoc renitente: atqui actus illi producerentur ab agente fortiori sciet deo, ergo &c.

Articulus Secundus
Cur sint Voluntarium Et Involuntarium.

Causae Voluntarij satis notae sunt per se et ex causis involuntarij. Hi autem praesertim, inter alias plurimas involuntarij causae sunt, quae facessunt difficultatem, motus ignorantia, et concupiscentia, de quibus sigillatim agendum.

Mœtus est fuga mali imminentis et vitatu difficilis, ut fuga naufragii: mœtus est mentis trepidatio instantis periculi causa, inquit ulpianus.

Mœtus duplex est, scilicet gravis qui virum constantem movere potest, ut mœtus naufragij, mortis et carceris, et Lævis qui virum constantem movere non potest ut mœtus Lævissimi mali.

Aliud est fieri cum mœtu, aliud fieri ex mœtu. Illud fit cum mœtu, quod habet mœtum concomitantem aut consequentem, ut qui prima vice publice respondet de phia, agit cum mœtu; mœtum enim habet concomitantem aut consequentem: illud vero fit ex mœtu, cujus causa est mœtus ipse, ut projectio mercium in mare ex mœtu naufragij. quæ autem fiunt ex mœtu, vel per se aut secundum se, et seorsim a circumstantiis bona sunt, ut notum peregrinationis, vel per se mala sunt seorsim a circumstantiis, ut projectio mercium in mare.

Certum est ea quæ fiunt cum mœtu etiam gravi.

140 ad oio voluntaa, aut si aliquatenus involuntaria sint, ido habere ex metu.

Certum est etiam ea quae fiunt ex levi metu ad simpliciter necessaa, sinon mathematice saltem moraliter loquendo; parum enim pro nihilo habetur in moralibus.

Certum est denique ea quae fiunt ex metu gravi quando per se et secundum se bona sunt seorsim a circumstantiis ad oio voluntaria, quia illud est oio voluntarium quod fit sine ullâ repugnantiâ actuali et permanente: atqui quae fiunt ex metu gravi quando per se et secundum se bona sunt, fiunt sine repugnantiâ actuali et permanente, ex hypothesi enim secundum se bona sunt, multo magis bona in circumstantiis ipsius metus. Ergo sunt voluntaria. quamobrem votum castitatis, observationis mandatorum dei, emissum ex metu naufragii oio voluntarium est.

Difficultas est igitur utrum ea quae fiunt ex gravi metu quando per se et secundum se mala sunt, sin voluntaa, aut involuntaa, vel ex utroque mixta; deinde vero ag magis

Voluntaria sint quam involuntaria, ceu an voluntaria sint simpliciter, involuntaria autem secundum quid tantum.

Prima Conclusio.

Quae fiunt ex gravi metu, quando per se mala sunt, mixta sunt ex voluntario et involuntario.

Probatur: illud est mixtum voluntario et involuntario, quod fit cum aliqua voluntatis inclinatione et cum aliqua ejus repugnantia: atqui quae fiunt ex gravi metu, quando per se et secundum se sunt mala fiunt cum aliqua voluntatis inclinatione et cum aliqua ejus repugnantia; fiunt enim secundum ~~vol~~ inclinationem voluntatis praecipuam et magis efficacem, et conditionatam, sed absolutam: fiunt autem cum repugnantia inefficaci et conditionata. quatenus bona sunt propter adjunctas circumstantias, fiunt cum inclinatione et quidem efficaci; quatenus autem secundum se mala sunt, fiunt cum aliqua repugnantia sed inefficaci.

Secunda Conclusio.

Quae fiunt ex metu gravi magis voluntaria sunt quam involuntaria: sunt voluntaria simpliciter et involuntaria secundum quid.

Probatur 1a pars: nam illud est simpliciter voluntarium, quod fit secundum praecipuam voluntatis inclinationem: atqui quae fiunt ex gravi metu etiam si per se et secundum se sint mala, fiunt tamen secundum praecipuam voluntatis inclinationem; nam inclinatio voluntatis efficax et ~~praecipua~~ absoluta est certe praecipua: atqui quae fiunt ex gravi metu et sunt etiam per se mala fiunt secundum inclinationem voluntatis efficacem et absolutam; sic projectio mercium in mare imminente naufragio fit juxta voluntatis inclinationem in mercatore efficacem et absolutam: vult efficaciter et absolute in talibus circumstantiis projicere merces suas in mare, imo eas actus projici: ergo &c.

Probatur 2da pars: illud est involuntarium secundum quid quod fit contra minus praecipuam voluntatis inclinationem

atqui ista fiunt contra minus praecipuam voluntatis inclinationem; nam inclinatio inefficax et conditionata est minus praecipua: atqui ista fiunt contra voluntatis inclinationem inefficacem et conditionatam: qui projicit merces in mare bas vellet projicere si posset aliter vitare naufragium. Ergo &c.

Objicies jo: si ea quae fiunt ex metu gravi forent simpliciter voluntaria non essent invalida illa et irrita defectu libertatis; atqui quae fiunt ex metu gravi irrita sunt defectu libertatis: v.g. matrimonium ex metu gravi contractum, votum religionis ex metu gravi nuncupatum invalidum et irritum declarat principum edictis et conciliorum decretis. Ergo &c.

Disquo maj: non essent invalida et irrita jure naturae hoc est ~~pro~~ sed et natura sua, c: non essent invalida et irrita jure positivo, hoc principum edictis et ecclesiae decretis, n. jam vero ista quae memorantur sunt irrita tantum jure positivo, v.g. edictis principum, qui sic voluerunt impedire ne potentiores cogerent alios ad contrahendum.

Innabis: jus positivum non potest esse contrarium jurinaturali,

144 imo fundatur in ipso: atqui si jus naturale statueret contractus
illos ex gravi metu initos esse validos; jus autem
positivum statueret esse invalidos, jus positivum contrarium
esset juri naturali. ergo &c.

Disgno mi: si jus positivum statueret generatim ea quae
fiunt ex gravi metu esse irrita per se et seorsim a circumstantiis,
aut si jus naturale statueret speciatim contractus ex gravi
metu irritos esse etiam conjunctim cum circumstantiis;
e: si jus positivum statuat tantum modo contractus illos
o per se et ratione sui sed ratione circumstantiarum esse invalidos
et si jus naturale statuat duntaxat generatim ea quae fiunt ex
gravi metu esse valida, o attendendo ad has aut illas circum
stantias, in quibus possunt fieri irrita, n. tunc enim jus
positivum o erit contrarium juri naturali, sed potius ipsum
determinabit excipiendo nempe ex lege naturali illos
contractus sigillatim sumptos et ratione circumstantiarum.
porro jus naturale statuit tantum modo generaliter ea quae
fiunt ex gravi metu esse libera ac proinde valida, o

attendendo ad has aut illas circumstantias sigillatim sumptas; jus vero positivum non decernit generatim ea quae fiunt ex gravi metu irrita esse, sed agit tantum de contractibus sigillatim sumptis et in ordine ad circumstantias; proindeque contrarium non est juri naturali sed potius illud determinat; Lex enim particularis non censetur destruere sed potius explicare et determinare legem universalem. quotanam in negotio observabis contractus ex gravi metu initos jure positivo invalidos esse si adsint sequentes conditiones. 1o si metus ille sit ab extrinseco principio, si enim metus oriatur ab intrinseco valet contractus: sic valet matrimonium quod vir contraxit cum muliere ex metu ne ab ea in infirmitate deseretur. 2do si metus iste incutiatur injuste; si enim metus incutiatur juste ab extrinseco, valet contractus: sic valet matrimonium contractum ex metu mortis, si per sententiam judicis incutiatur: v. g. si judex cogat virum contrahere, cum virgine quam stupro violavit.

1.46 Objicies 2do: quod perse, et seorsim à circumstantiis, involuntarium est, illud simpliciter et absolute involuntarium dici debet; quod enim perse tale est, simpliciter tale dicendum est: atqui quae fiunt ex gravi metu, quando perse mala sunt et secundum se sunt involuntaria. Ergo.

Disgno maj: simpliciter involuntaria sunt quae perse et seorsim sunt involuntaria quando perse et seorsim a circumstantiis fiunt, C: quando fiunt in certis quibusdam circumstantiis, v.g. ad vitandum aliquod aliud majus malum, N. quamobrem ea quae fiunt ex gravi metu, quando perse mala sunt sunt simpliciter quidem involuntaria, si fiant seorsim à circumstantiis: sic projectio mercium in mare esset simpliciter involuntaria si fieret seorsim à circumstantiis periculi imminentis ex naufragio; at vero ea quae fiunt ex metu gravi simpliciter involuntaria non sunt, si fiant in certis quibusdam circumstantiis; sic projectio mercium in mare simpliciter voluntaria est, sic fiat ad vitandum gravius malum

gerit naufragium; ut sic enim bona sunt, nam minus malum comparatione majoris est bonum.

Objicies 3o: quae fiunt ex gravi metu essent simul secundum et contra inclinationem si essent simul voluntaria et involuntaria; atqui hoc repugnat. Ergo &c.

Disgno maj: essent simul secundum inclinationem efficacem et contra inclinationem inefficacem, C: essent simul secundum et contra inclinationem efficacem, N. est autem secundum inclinationem efficacem et contra inclinationem inefficacem et sunt contradictoria neq; contraria; quae enim inclinationes quarum una est efficax, altera inefficax, nunquam contrariae sunt.

Quod pertinet ad ignorantiam quae altera statuitur involuntarij causa.

Ignorantia generatim est carentia seu absentia cognitionis, ignorantia multiplex est: negativa vel privativa: juris vel facti: antecedens, concomitans, aut consequens.

Negativa est carentia cognitionis et debitae, ut carentia juris prudentiae in rustico.

148. Priuatiua est carentia cognitionis debitae, ut carentia juris prudentiae in judice.

Prior culpabilis est, posterior est culpabilis.

Ignorantia juris est ignorantia legis latae, praecepti impositi, ut ignorantia mandatorum dei et ecclesiae.

Ignorantia facti est ignorantia eius quod agitur: ut si quis venaretur cervum in sylua regis nesciens prohibitam esse venationem, laboraret ignorantia juris. Si vero sciens prohibitam esse cervorum venationem, venaretur cervum putans se venari lupum, laboraret ignorantia facti.

Antecedens est, quae nullo modo est voluntaria neque formaliter seu in seipsa neque virtualiter seu in sua causa, ut ignorantia ejus qui in deserto feram in antrum fugientem occidere volens amicum casu delitescentem ibi occideret.

Concomitans est quae quidem voluntaria est sed est facti causa, quamobrem concomitans disgruit ab antecedente quod antecedens sit causa, vero concomitans: sic qui volens occidere feram inimicum occideret, ageret cum

ignorantiâ concomitante ō autem antecedente quia ignorantia ō esset causa facti, licet enim cognovisset eum inimicum, ō tamen minus occidisset.

Consequens est quae voluntaria est, vel formaliter seu in se ipsâ, vel virtualiter seu in suâ causâ, ut ignorantia mandatorum dei in eo qui ō vult aut negligit ea audire, nec enim ignorantia voluntaria est, vel formaliter, tunc q; dr affectata; vel virtualiter, tunc q; dr crassa seu supina.

Antecedens et concomitans simpliciter invincibilis est, proindeq; inculpabilis; consequens autem simpliciter vincibilis, nec nisi secundum quid invincibilis, proindeq; simpliciter culpabilis. quod fit ex antecedente et concomitante malum est materialiter ō formaliter sed actualiter; quod autem ex consequente malum est formaliter et actualiter.

Tertia Conclusio.

Quae fiunt ex ignorantiâ antecedente et concomitante ō sunt formaliter et actualiter voluntaria.

1.50. Probatur: ea ō sunt formaliter voluntaria quae ō fiunt à principio singula physice aut moraliter cognoscente: atqui quae fiunt ex ignorantiâ antecedente et concomitante ō fiunt a principio singula cognoscente physice aut moraliter; primo quidem ō fiunt á principio cognoscente singula physice; nam ille singula ō cognoscit physice, qui physice ignorat id quod agit aut certe aliquam ex circumstantiis; atqui qui agit ex ignorantiâ antecedente aut concomitante physice ignorat id quod agit vel certe aliquam ex circumstantiis, alias ō ageret ex ignorantiâ antecedente et concomitante. ergo quae fiunt ex illâ ignorantiâ ō fiunt á principio singula cognoscente physice. deinde vero ō fiunt á principio cognoscente singula moraliter; nam ille singula ō cognoscit moraliter loquendo qui ō potest singula cognoscere. atqui qui agit ex ignorantiâ antecedente et concomitante, ō potest singula cognoscere nam utraq; ignorantia simpliciter invincibilis et insuperabilis est: ergo quae fiunt ex ignorantiâ antecedente aut concomitante ō fiunt á principio cognoscente singula physice vel moraliter. proindeq; ō sunt formaliter voluntaria. quamobrem quae fiunt ex

ex utraq; ignorantia; nec laude nec vituperio nec mercede l. 51.
nec supplicio digna sunt.

Hoc tamen discrimen est inter ea quae fiunt ex ignorantiâ antecedente et ea quae fiunt ex ignorantiâ concomitante; quod ea quae fiunt ex antecedente sint involuntaria materialiter; quae vero fiunt ex concomitante sint materialiter voluntaria; jo quidem ea quae fiunt ex ignorantiâ antecedente sunt involuntaria materialiter; nam ea sunt materialiter involuntaria quae sunt objectum cum materia actus involuntarij, si cognoscerentur ab agente; atqui quae fiunt ex ignorantiâ antecedente forent objectum cum materia involuntarij actûs si ab agente cognoscerentur; sic occisio amici loco feræ esset objectum cum materia actûs involuntarij si cognosceretur, esset enim contra inclinationem agentis: ergo quae fiunt ex ignorantiâ antecedente sunt involuntaria materialiter; deinde vero quae fiunt ex vel potius cum ignorantiâ concomitante sunt voluntaria materialiter, quia forent objectum cum materia actûs voluntarij si cognoscerentur; sic occisio inimici foret objectum cum materia actûs voluntarij

1.52. Si cognoscerete; esset enim secundum inclinationem agentis: ergo quae fiunt ~~cum~~ ex ignorantia concomitante sunt voluntaria materialiter.

Quarta Conclusio

Quae fiunt cum ignorantia antecedente simpliciter voluntaria sunt.

Probatur: ea simpliciter voluntaria sunt quae fiunt a principio interno singula cognoscente physice vel moraliter: atqui quae fiunt cum ignorantia consequente ~~quae~~ fiunt a principio interno singula cognoscente physice aut moraliter id est secundum aestimationem ~~vitij~~ prudentiae; nam ille singula cognoscit saltem moraliter qui potest singula cognoscere neq; tamen vult ea cognoscere; atqui qui agit cum ignorantia consequente potest cognoscere singula neq; tamen vult ea cognoscere, voluntaria enim et consequens ~~voluntaria simpliciter~~ est ignorantia idem sunt: ergo quae fiunt cum ignorantia consequente, fiunt a principio

singula cognoscentes, ō quidem physice, sed moralitē, proinde 53.
q; simplitē voluntaria sunt.

Et vero quae ab improbis fiunt simplitē voluntaria sunt:
atqui ea fiunt cum ignorantiâ consequente, oīs enim peccans
ē ignorans, inquit Scriptura, ignorantiâ sciēt consequente
ceu voluntariâ. Ergo quae fiunt cum ignorantiâ consequente
sunt voluntariâ simplitē.

Objicies, ut aliqua sint voluntaria debent esse cognita:
atqui quae fiunt cum ignorantiâ consequente ō sunt cognita,
alias ō essent cum ignorantiâ. Ergo.

Disgnio majorem: debent esse cognita physice aut moralitē,
idē realitē aut secundum estimationem viri prudentis, C:
physice necessaō, N. jam vero quae fiunt cum ignorantiâ
consequente sunt cognita moralitē quia debuerunt
cognosci.

Tertia causa ē involuntarij ē concupiscentia.

Concupiscentia ē passio vehementior, motus inordinatus
appetitus sentientis circa bonum et malum.

154 Concupiscentia quantum ad praesens institutum 2 plex est scilicet antecedens, hoc est quae antecedit Liberum voluntatis Consensum, Liberam Electionem, Liberam determinationem, quales sunt motus primo primi irae, vindictae; et consequens hoc est, quae sequitur Liberum voluntatis Consensum, Liberam Electionem, Liberam determinationem, quales sunt omnes motus in appetitu sentiente excitati ab imperio voluntatis.

Antecedens iterum duplex, scilicet vehemens quae rationis usum insigniter minuit, aut etiam omnino tollit; aut minus vehemens, quae rationis usum insigniter minuit: his positis.

Quaeritur: an quae fiunt ex concupiscentia consequente sint voluntaria: deinde vero, an ea quae fiunt ex concupiscentia antecedente sint etiam voluntaria.

Prima Conclusio.

Quae fiunt ex, vel potius cum consequente concupiscentia, sunt omnino voluntaria.

Probatr: Ea sunt oio voluntaria quae fiunt a 1.55.
principio interno singula cognoscente: sed quae fiunt cum
concupiscentiâ consequente, fiunt á principio interno cognoscente
singula; á principio quidem interno, scilicet ab hoc volente
et concupiscente; á principio autem cognoscente singula, idem
ab hoie cognoscente objectum, finem et circumstantias ipsius
actionis, ut supponimus. Ergo quae fiunt cum
concupiscentiâ consequente sunt oio voluntaria: quobrem
laude aut vituperio, praemio, aut supplicio digna sunt.

Secunda Conclusio

Quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente vehementi,
minus aut etiam nullatenus voluntaria sunt.

Probatr: Ea minus aut nullatenus voluntaria sunt,
quae fiunt á principio minus aut etiam nullatenus voluntaõ;
atqui quae fiunt ex concupiscentia antecedente vehementi fiunt
á principio minus aut nullatenus voluntario; ea enim
fiunt á principio minus aut nullatenus voluntario quae fiunt

1.56. fiunt a principio minus aut etiam nullatenus cognoscente: sed quae fiunt ex tali concupiscentiâ, fiunt á principio minus aut nullatenus cognoscente; concupiscentia enim vehemens insigniter minuit, aut etiam oio tollit usum rationis, minuit aut poenitus tollit illectus cognitionem attentionem, deliberatam ut supponimus ergo quae fiunt ex illâ concupiscentiâ minus aut etiam nullatenus voluntaria sunt: quamobrem ista minus aut etiam nullatenus vituperio aut supplicio digna sunt.

Tertia Conclusio.

Quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente minus vehementi sunt voluntaâ simplicitate.

Probatur: ea sunt voluntaria simplicitate quae fiunt á principio interno singula cognoscente: atqui ea quae fiunt ex tali concupiscentiâ fiunt á principio interno singula cognoscente, concupiscentia enim illa insigniter o minuit usum rationis, ut supponimus parum aut pro nihilo habete in moralibus, ergo quae fiunt ex illâ concupiscentiâ simplicitate voluntaria sunt; quamobrem vituperio aut

aut supplicio sunt simpliciter digna.

Imo Concupiscentia minus vehemens ō minuit voluntarium, nam quod tantum auget ex una parte tantum minuit ex altera; illud simpliciter et absolute ō minuit: sed concupiscentia minus vehemens tantum auget voluntarium ex una parte quantum minuit ex altera, nam quod tantum auget inclinationem quantum minuit cognitionem si ō minuat insigniter tantum auget voluntarium quantum minuit: sed concupiscentia illa tantum auget inclinationem voluntatis quantum minuit cognitionem illectus. Ergo tantum auget voluntarium ex una parte quantum minuit ex altera: proindeq; simpliciter et absolute loquendo ō minuit. quamobrem quae fiunt ex illa concupiscentia non minus voluntaria sunt quam si fierent sine illa.

Porro ea quae sunt ex concupiscentia etiam vehementi licet minus aut nullatenus voluntaria sint, nullatenus tamen positive sunt involuntaria, quod quidem a nobis ē diligenter observandum; nam illud ō ē involuntarium

158. positive, quod ō fit contra inclinationem actualem et permanentem sed ea quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente ō fiunt contra inclinationem actualem et permanentem, sunt enim per se et secundum se bona, jucunda et utilia: ergo ō sunt involuntaria positive, et in hoc differunt ab iis quae fiunt ex metu gravioris mali, quae aliquatenus sunt involuntaria positive, quia per se et secundum se mala sunt.

Objicies jo: quod minuit peccatum illud minuit voluntarium eatenus enim peccatum ē, quatenus ē voluntarium; atqui concupiscentia minuit peccatum, peccatum enim infirmitatis seu quod fit ex concupiscentiâ levius ē peccato mili pure malitiae. ergo &c.

Disgno maj: Minuit voluntarium specifice sumptum pro libero et indifferenti, Con: voluntarium generice sumptum pro voluntario praecise sumpto, Ne: quamobrem concupiscentia quidem minuit voluntarium specifice sumptum pro libero, pro indifferenti, quia minuit libertatem et indifferentiam; auget autem ō minuit voluntarium generice sumptum pro

Pro voluntario praecise abstrahendo a Libero et necessario. 159.

Instabis, ō potest minui species nisi minuatur et genus, ō potest minui calor v.g. nisi minuatur qlitas, quia quidquid convenit speciei, convenit quoq; et generi particulariter sumpto: atqui Liberum et voluntarium sunt species et genus: ergo quod minuit Liberum minuit quoq; voluntarium.

Disgno maj: ō potest minui species nisi minuatur genus species pprie dicta quae contrahit genus per differentiam sibi essentialem qlis ē calor respectu qlitatis, con: species improprie dicta quae contrahit genus per differentiam accidentalem qlis ē paris albus respectu colorati, n.

Porro Liberum et voluntarium se habet quidem ut species et genus, species improprie dicta quae contrahit voluntarium per differentiam sibi accidentalem; scilicet per Libertatem quae accidentalis ē actui qui Liber ē; idem enim numero actus multo magis speciem potest esse Liber in principio et ō esse Liber in progressu et fine, proindeq; minui potest Liberum etiam si ō minuatur voluntarium.

Objicies 2do: illud ē ē voluntarium quod fit cum aliquâ repugnantiâ; sed quod fit ex concupiscentiâ antecedente fit cum aliquâ repugnantiâ, ut constat ex incontinentibus, quidem ad illicitam voluptatem trahuntur dolent de vehementiâ passionis, nec prius admitterunt culpam, quam facti poeniteat. ergo quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente sunt involuntaria.

Disgno maj: si fiant cum repugnantiâ actuali et permanente, Con: si cum repugnantiâ antecedente et consequente duntaxat ē autem in ipso actus exercitio perseverante, Ne: jam vero quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente, fiunt quidem cum aliquâ repugnantiâ antecedente, ē autem cum repugnantiâ permanente, fiunt enim cum aliquo actuali inclinatione, quia per se bona sunt jucunda et utilia, quo disgnuntur ab iis quae fiunt ex metu gravioris mali quae per se et secundum se mala sunt; proindeq; ea quae fiunt ex concupiscentiâ antecedente, ē sunt involuntaria.

Instabis: ille agit cum repugnantiâ etiam permanente qui inter agendum conscientiae stimulos experitur: atqui agit

Concupiscentiâ, Conscientiæ stimulos experitur inter agendum: v.g. incontinens. Ergo quæ fiunt ex concupiscentiâ fiunt cum repugnantiâ permanente.

Disquo maj: qui Conscientiæ stimulos experitur de ipsâ operatione quæ voluntaria est, c: de operatione illius effectu qui minime voluntarius est, N.

Quæstio 4ª De Libertate.

Arbitrium jus An sit.

Voluntarium et Liberum dupliciter differunt; primo quod voluntarium sit genus aut quasi genus, Liberum autem sit species aut quasi species, quia licet omnis actus Liber sit voluntarius, et tamen omnis actus voluntarius est Liber; productio enim Verbi divini et Spiritus Sancti voluntaria est, et tamen et est Libera: 2do quod voluntarium tribuatur soli actui, et autem facultati; Liberum autem tribuatur actui et facultati; sic actus voluntatis dicitur voluntarius,

162. Et voluntarie non dicitur voluntaria, sed voluntas ē dr̄ voluntaria; ō solum autem actus voluntatis dr̄ liber sed etiam voluntas ipsa dr̄ libera.

Libertas gnātim nihil aliud ē quam immunitas, liberum gnātim idem ē ac immune. quatuor porro modis hoc dr̄ liber; scilicet liber á coactione et violentiâ, qui ō determinatr̄ ad agendum contra ppriam inclinaōem. quo sensu pater divinus liber ē in generando filio; liber á necessitate, qui ō determinatr̄ ad agendum ex necessitate antecedente, quomodo peccatum ōe debet ēe liberum, quia nemo peccat in eo quod

S.t augus. caveri ō potest, inquit S.tus augustinus; liber á peccato qui immunis ē á peccato, quo soli justi liberi dicuntr̄; deniq; liber á miseriâ id ē immunis ab ignorantiâ, concupiscentiâ fame et siti & cæteris, quo sensu soli brati post resurrectionem liberi erunt.

Liberum á coactione idem ē prorsus ac voluntarium, nam ōe liberum á coactione ē voluntarium et ōe voluntarium liberum ē a coactione.

Liberum a necessitate idem est ac indiferens.

Difficultas est utrum in hoc dicitur Libertas a necessitate quae alio nomine dicitur Liberum arbitrium ceu quod idem est utrum hoc sit indiferens ad agendum vel non agendum positis omnibus praerequisitis an vero quidquid agit illud agat ex necessitate antecedente, certum est bonum in pluribus hominem Liberum esse a coactione quia non determinatur ad agendum contra propria inclinationem.

Stoicis non datur in hoc Liberum arbitrium quia hoc agit quidquid agit ex necessitate fatali profecta ex occultis syderum influxibus. Manicheis non datur liberum, arbitrium qui necessario determinatur ad bonum a primo principio bono, et ad malum a primo principio malo. Luteranis et calvinistis hoc in statu naturae innocentis fuit liber; in statu autem naturae lapsae neque ad bonum neque ad malum liberum, ad utrumque; ineluctabiliter determinatur a deo, vel certe per dei gratiam ineluctabiliter determinatur ad bonum et per concupiscentiam ineluctabiliter ad malum.

Fides catholica docet in hoc Liberum esse arbitrium etiam in statu naturae lapsae.

Conclusio.

Datur Liberum arbitrium in hoīe etiam in statu naturae lapsae.

Probatur: in eo datur Liberum arbitrium in quo datur facultas per se indifferens ad oīa bona particularia et ad oīa media: atqui datur in hoīe facultas per se indifferens ad oīa bona particularia et ad oīa media; nam ibi datur facultas indifferens ad oīa bona particularia ubi datur appetitus versatilissimus: atqui in hoīe datur appetitus versatilissimus, quia appetitus immaterialis et rationalis est versatilissimus: atqui appetitus hoīs etiam in statu naturae Lapsae est immaterialis et rationalis, ut fatentur Calvinistae. Ergo &c.

Quamobrem in hoīe Lapso sunt oēs proprietates et appendices Liberi arbitrii, scilicet virtus et vitium, meritum et demeritum, praemium et supplicium.

Et vero, in eo datur Liberum Arbitrium in quo datur varius et versatilis agendi modus, tum circa finem, tum etiam circa media. Sed in hoīe tum innocentis tum Lapso datur varius et versatilis agendi modus et

Circa finem et circa media, Licet enim homines eandem habeant naturam, speciem, et tamen eundem omnes sibi proponunt finem sed varium ac multiplicem; nonnulli honores, alii voluptates, plurimi divitias sibi constituunt tanquam finem; denique ipsi etiam qui propositum habent eundem finem, iisdem tamen et untuntur mediis; siquidem v.g. inter eos qui divitias quaerunt alii domi negotiantur, alii gentes exteras adeunt, maria transeant pretiosas merces reportaturi. Ergo in homine varius et versatilis est agendi modus, tum circa finem tum circa media, proindeque datur liberum arbitrium, quamobrem ut monet Schotus et tam verbis quam verberibus confessio Liberi arbitrii extorquenda est ab adversariis, neque verberibus ponendus est finis donec liberam abstinendi facultatem agnoverint.

Objiciet jo: illum et est Liberi arbitrii compos, qui et habet in potestate vias suas, qui et agit quod vult; sed homo et habet in potestate vias suas et agit quod vult, in potestate hominis et sunt viae ejus, inquit Scriptura; et quod volo bonum hoc ago sed quod odi malum, illud facio, inquit apostolus:

1.65. Ergo hoc praesertim Lapsus est liberi arbitrij compos.

Disgnio maj: qui est habet in potestate vias suas, qui est agit quod vult, qui est agit quoad actum imperantem intentionalem propositum, C: quod actum imperatum, quoad executionem, quoad eventum, N: neq; enim hoc per liberum arbitrium agit quidquid vult quoad actum imperatum, executionem, eventum, quia ejus voluntas potentissima est, solus deus agit quidquid vult, quia solius dei voluntas potentissima est: porro hoc est habet quidem in potestate vias suas, est agit quod vult quoad actum imperatum, quoad executionem, quoad eventum; bene autem quoad actum imperantem quoad intentionem, propositum, imperare enim potest, proponere intendere quidquid voluerit juxta illud vulgare hoc proponit deus autem disponit.

Objicies est amplius liberi arbitrij compos, qui peccando seipsum et liberum arbitrium perdidit; sed ex S.to augustino, hoc peccando seipsum et liberum arbitrium perdidit; ergo ergo hoc Lapsus est liberi arbitrij compos.

S. augu.

Disgno maj: qui peccando seipsum et Liberum arbitrium perdidit simpliciter et sub oi ratione C: qui perdidit secundum quid tantum et sub aliqua ratione, n: porro hoc peccando perdidit quidem Liberum arbitrium perdidit secundum quid et sub aliqua ratione quia perdidit plenum et perfectum arbitrium quod acceperat in statu innocentiae, o autem perdidit simpliciter et sub oi ratione; Econtra Stus. augustinus probat in Libris de libero arbitrio, S. augu. hoem o perdidisse simpliciter ~~Liberum~~ appetitum indifferentem, o perdidisse simpliciter versatilem agendi modum.

Instavis: ille oio perdidit Libertatem ad bonum et malum qui peccat ex purâ et ex gravi necessitate; sed hoc Lapsus peccat ex purâ et gravi necessitate, inquit idem Stus. augustinus; hoem peccantem secuta est ~~plu~~ pura et gravis necessitas peccandi. Ergo hoc Lapsus amisit oio Libertatem ad bonum et malum.

Disgno maj: qui peccat ex pura et gravi necessitate, necessitate physicâ, quae sit simpliciter ineluctabilis, C: necessitate morali; quae secundum quid tantum sit ineluctabilis, n: porro hoc Lapsus peccat ex necessitate morali quia pars superior moraliter

1.68. quia pars superior moraliter determinatur ad peccandum a parte inferiori, et tamen ex necessitate physica; deus enim et patietur nos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, inquit apostolus; subsedit appetitus tuus et tu dominaberis illius, inquit scriptura; nemo peccat in eo quod cavere non potest; quaecumque; ex illa necessitate cui

S. augu. resistere non potest sine peccato ei cedit, inquit S.tus augustinus;

Objicies 5o: quidquid volitum et decretum est a deo, illud necessario et quidem omnimoda necessitate futurum est; voluntati enim divinae quis resistit, inquit scriptura, atqui omnes actus hominis sunt a deo voliti et decreti; deus enim omnia in omnibus operatur, et attingit a fine ad finem, cor regis in manu dei est. ergo &c.

Disgno. mai: quidquid volitum et decretum est necessarium est, quidquid volitum absolute et efficaciter, c: inefficaciter et conditionate n. dei enim voluntas inefficax semper et implete, ut docent theologi. porro omnes actus hominis sunt voliti et decreti inefficaciter et conditionate, quia deus vult inefficaciter et conditionate omnes actus hominis permittere et ad eos concurrere, si nempe voluntas hominis seipsam ad agendum determinare voluerit; et autem

non autem decreti sunt efficaciter et absolute; si deus ō vult efficaciter et absolute oēs hoēs salvos fieri, siquidem oēs ō salvantur.

Instabis: voluntas inefficax et conditionata ē indigna deo, arguit defectum et imperfectionem: ergo hoīs ō sunt à deo voliti inefficaciter et conditionate, sed efficaciter et absolute.

Disgūo antecedens: voluntas inefficax et conditionata, quae talis ē ex impotentia, et limitaōe, q̄lis ē voluntas inefficax in hoīe, c: quae talis ē ex libera electione volentis, n, haec enim voluntas inefficax ō arguit impotentiam et limitaōem sed econtra summam libertatem et independentiam; quamobrem in deo ō ē quidem voluntas inefficax, quae talis sit, propter impotentiam et limitaōem, bene autem quae talis sit propter liberam electionem et ordinationem dei volentis; ita enim deus vult inefficaciter et conditonate ut possit velle efficaciter et absolute.

Articulus Secundus

Quid sit Libertas

Quibusdam Libertas est Eminentia quaedam amplitudo orta ex adhaesione ad deum ut finem ultimum; proindeque ille tantum est Liberi arbitrii, qui excussis creaturarum vinculis adhaeret Deo tanquam fini ultimo. quamobrem deus maxime Liber est in productione Verbi sui peccator autem est Liber. - - - - - - - - - - -

Aliis Liberum idem est prorsus ac voluntarium respectu actus scilicet et operationis quia omnis actus liber est voluntarius et omnis actus voluntarius est liber, proindeque sicut voluntario opponitur coactio est autem necessitas; ita etiam Libero. quamobrem sicut amor quodam se diligit, maxime voluntarius est, ita ex maxime Liber est. hi differunt a primis, quod Libertatem agnoscant etiam in peccatoribus.

Caeteris vulgo philosophis et theologis Liberum arbitrium est facultas indifferens ad opposita positis omnibus ad agendum requisitis, qui est tantum coactio sed etiam necessitas quaelibet

antecedens.

Porro indifferentia sicut necessitas 2plex est: scilicet indifferentia antecedens, indifferentia potentiae et actus primi quae antecedit Liberum voluntatis consensum. Vel indifferentia consequens et operationis seu actus 2di, quae sequitur Liberum consensum. ja indifferentia requiritur ad libertatem et 2da actus est Liber quia procedit a facultate indifferenti indifferentia antecedente, potentiae et actus primi. Vel Liberum est denominatio extrinseca actui, intrinseca facultati.

Prima Conclusio

Liberum arbitrium est eminentia seu amplitudo orta ex adhaesione ad deum ut finem ultimum.

Probatur: si Liberum arbitrium esset ejusmodi eminentia, ejusmodi amplitudo, ille esset Liberi arbitrii compos qui deo tanquam fini ultimo adhaereret: atqui hoc manifeste falsum et hereticum est, nam improbus peccator Liberi arbitrii compos est, peccatum enim si Liberum esset, peccatum esset; improbitas si Libera esset jam esset improbitas; dr improbus

172 peccator ō adhæret deo tanquam fini ultimo, improbitas
unius peccatum, ē recessus, aversio à deo tanquam à fine
ultimo. Ergo Liberum arbitrium ō ē eminentia, amplitudo orta
ex adhæsione ad deum tanquam ad finem ultimum:

Objiēs: Liberum arbitrium ē adhæsio ad deum
tanquam finem ultimum, si hoc sit vo Liberior, quo
divinæ gratiæ subjectior ē, per gratiam unius adhæret: Dr
hoc vo Liberior ē quo divinæ gratiæ ē subjectior, inquit,
s. augu. Sanctus augustinus; Ergo Liberum arbitrium ē adhæsio
ad deum tanquam ad finem ultimum.

Disgūo mai: si sit Liberior Libertate arbitrij et
naturæ, Libertate requisitâ ad mores, virtutem et vitium, meritum
et demeritum, C: si sit Liberior Libertate gratiæ Illum, n. hic
unius sermo ō ē de libertate gratiæ, sed de Libertate
arbitrij, naturæ, morum, uno verbo de Libertate requisitâ
ad mores, virtutem, et vitium, meritum, et demeritum;
Porro ille quidem Liberior ē Libertate gratiæ,

Libertate filiorum dei: qui divinae gratiae subjectior est, 173.
et autem Libertate arbitrij naturae, morum, Libertate requisita
ad mores, quia improbus peccator est divinae gratiae subjectus,
et tamen Liber est Libertate arbitrij et naturae. ——

Instabis: improbus peccator est Liber Libertate
morum, si peccare sit defectus Libertatis, defectus enim
tollit formam cujus est defectus, defectus luminis tollit
lumen: atqui peccare est defectus Liberi arbitrij, sicut servare
rectitudinem est perfectio Liberi arbitrij, inquiunt Sancti patres, S. tho.
et nominatim Sanctus thomas. Ergo improbus peccator
est Liber libertate arbitrij, naturae et morum.

Disgno maj: si peccare sit defectus Liberi arbitrij, si sit
defectus substantialis, essentialis oppositus perfectioni
essentiali, substantiali Libertatis, C: si sit defectus accidentalis
tantum, defectus oppositus perfectioni accidentali tantum, N:
jam vero peccare est quidem defectus accidentalis, et essentialis
aut substantialis; quemadmodum servare rectitudinem est
perfectio accidentalis et substantialis: quamobrem peccatum

174 tollit quidem perfectionem accidentalem Liberi arbitrij quia tollit illam rectitudinem, sed ō tollit perfectionem essentialem substantialem, quia ō tollit indifferentiam antecedentem, indifferentiam potentiae quae quidem indifferentia est perfectio essentialis Liberi arbitrij, ut dicetur infra.

Secunda Conclusio

Liberum arbitrium ōē idem ac voluntarium.

Probatur: si Liberum arbitrium idem esset ac voluntarium, ōē voluntarium esset liberum libertate arbitrij, naturae, morum; atqui ō ōē voluntarium ē liberum libertate arbitrij, naturae, morum; nam productio verbi divini et spiritus sancti maxime voluntaria ē ut omnes fatentur, atqui productio verbi divini ō ē libera libertate arbitrij, naturae, morum; nam illud ōē Liberum libertate arbitrij, naturae, morum; quod ō ē in dominio, jure, ac potestate alterius, a quo ō abstinere possit similit; atqui productio verbi divini et spiritus sancti ō ē in dominio

potestate, jure ipsius producentis; ab illa productione abstinere
ō potest; ē enim prorsus et absolute necessaā. Ergo ō oēs
voluntaūm ē Liberum Libertate arbitrij, naē, morum, proindeq;
Liberum arbitrium ō ē idem ac voluntaūm.

Et vero Liberum arbitrium idem esset ac voluntaūm,
quod ō tollit Voluntaūm, ō tolleret quoq; Liberum arbitrium
qui negant Liberum arbitrium in hoē, negarent quoq; voluntaūm:
sed qui negant Liberum arbitrium ō propter ea negant
voluntaūm; Stoici Enim, manichei, Lutherani et Calvinistae negant
dari in hoē Liberum arbitrium, nec tamen negant dari in hoē
Voluntaūm, quod tollit Liberum arbitrium, ō tollit ideo
Voluntaūm; Sola Enim Coactio ō autem necessitas physica
tollit voluntaūm ut patet ex iis quae diximus de productione
Verbi divini: nihilominus tamen necessitas physica et antecedens
tollit Liberum arbitrium siquidem tollit meritum et
demeritum, ut summi pontifices Innocentius decimus et
alexander 7.us decreverunt. Ergo Liberum arbitrium ō ē idem
ac voluntaūm.

176. **Objices**: illud est Liberum qui fit cum volumus, quod positum est in nostra voluntate, ut sit communis loquendi modus: atqui omne voluntarium fit cum volumus, positum est in nostra voluntate; ergo omne voluntarium est Liberum Libertate arbitrij.

S. thom. **Disguo** maj: cum sancto thomâ. quod fit cum volumus voluntate quatenus libera seu quatenus est facultas indifferens ad opposita, C: voluntate ut est nata seu ut est facultas determinata ad unum, N. porro omne quidem voluntarium fit cum volumus voluntate ut est libertas, aut voltate ut est nata; o autem omne voluntarium fit cum volumus voluntate quatenus liberâ, seu quatenus est indifferens ad opposita; voluntarium enim necessarium ac determinatum ut productio verbi divinij et spiritus sancti: o est positum in voluntate ut est Libera, ut est facultas indifferens ad opposita.

Instavis jo: omne voluntarium est liberum libertate arbitrij si necessitas determinatio o tollat liberum arbitrium:

Atqui necessitas determinatio non tollit liberum arbitrium. Si enim ea definiatur necessitas, inquit S.tus Augustinus, qua S. Augu. necesse est hoc aut illud fieri; non video cur libero praejudicet arbitrio, nam et idem vivere necessario dicimus et omnia praescire, nec tamen ideo minus liberum illigemus: Ergo omne voluntarium est liberum libertate arbitrii fit cum volumus voluntate quatenus est indifferens.

Disgno maj: Si necessitas, determinatio non tollat liberum arbitrium, necessitas antecedens, potentiae, actus primi, C: Si necessitas consequens operationis actus 2di; N. porro necessitas quidem consequens operationis actus 2di; non tollit liberum arbitrium, bene autem necessitas antecedens, potentiae, actus 1; nec enim aliam necessitatem agnoscebant manichei; et tamen negabant esse in hoc liberum arbitrium.

Instabis 2do: necessitas qua deus vivit, est antecedens, potentiae, actus primi, est enim necessitas absoluta; atqui ex Sancto Augustino, necessitas qua deus vivit, non S. Aug. impedit liberum ejus arbitrium, ut patet ex verbis citatis

1.78 Ergo necessitas antecedens potentiae actus primi ō impedit Liberum arbitrium.

Disgūo mi: ō impedit Liberum arbitrium respectu diversorum objectorum, quia necessitas ad unum ō impedit Libertatem ad alterum, C: respectu unius et ejusdem actus atq; objecti, n. necessitas enim antecedens ad aliquod objectum tollit Libertatem ad fidem objectum — quamobrem necessitas antecedens potentiae, actus primi ō impedit Liberum arbitrium respectu diversorum objectorum; ~~quia potest ad necessitas~~ quia potest ēd necessitas ad unum et libertas ad alterum; necessitas ad bonum in coni et libertas ad bonum in particulari; bene autem respectu unius et ejusdem objecti proindeq; Licet deus necessitas vivat, Libere tamen mundum Creat et Conservat.

Instabis Ti gratia efficax imponit necessitatem antecedentem, neq; tamen ~~imponit~~ tollit liberum arbitrium: Ergo necessitas antecedens ō tollit liberum arbitrium.

Disgno antecedens imponit necessitatem antecedentem moralem hoc est extraordinarie vincibilem superabilem, et physicam hoc est absolute et extraordinarie invincibilem, insuperabilem, n. quamobrem necessitas quidem antecedens moralis ostollit liberum arbitrium, bene autem necessitas antecedens physica.

Instabis denique: omne voluntarium est liberum libertate arbitrij si coactio sola libero opponatur arbitrio: atqui sola coactio opponitur libero arbitrio, inquit Sanctus Thomas. Ergo &c. S. Thom.

Disgno majo: si coactio sola opponatur libero arbitrio, sola coactio proprie dicta includens solam violentiam, et: si coactio late sumpta includens violentiam et necessitatem, n. jam vero sola quidem coactio opponitur libero arbitrio si coactio sumatur late quatenus includit violentiam et necessitatem; ostendo autem si sumatur proprie quatenus includit solam violentiam; neque; unicum sola violentia, sed etiam necessitas antecedens potentiae et actus primi opponitur libero arbitrio. quamobrem qui dicunt voluntatem moveri ex necessitate, licet ostendant eam cogi, sunt heretici, et tollunt meritum inquit S.tus Thomas. S. Thom.

Tertia Conclusio.

1.80. Liberum arbitrium essentialiter consistit in indifferentia accidentis potentiae et actus j. Cum quod idem est bene definitur facultas indifferens.

Probatur: In eo essentialiter consistit liberum arbitrium, quod est quid jure in libero arbitrio, fons et origo omnium ejus proprietatum: atqui indifferentia antecedens et potentiae est quid jure in libero arbitrio, fons et origo omnium ejus proprietatum.

Primo quidem indifferentia illa est quid jure in libero arbitrio; nam illud dicitur esse quid jure quod non habet radicem superiorem: atqui indifferentia antecedens non habet radicem superiorem in libero arbitrio; facultas enim electiva, sui motiva, et determinativa solis nominibus differt ab indifferentia antecedente. Ergo etc.

Deinde vero indifferentia antecedens est fons et origo omnium liberi arbitrij proprietatum; nam illud est fons omnium liberi arbitrij proprietatum, quod est origo meriti et demeriti, laudis et vituperij, praemij et supplicij: atqui indifferentia antecedens, est origo istorum; virtus enim et vitium, meritum et demeritum, laus, et vituperium, praemium et supplicium conveniunt tum agenti indifferenti, ut angelo et homini, non autem agenti determinato,

Ut agenti naturali. Ergo &c.

Et vero Liberum arbitrium est in eo quod facit, ut agere sit in nostra potestate: atqui indifferentia antecedens illud facit; testes enim phi ut agere sit in nostra libertate, debet etiam ō agere esse in nostra potestate: atqui indifferentia antecedens facit ut ō agere sit in nostra potestate; facit enim ut possimus ō agere, ut termini declarant ipsi. Ergo &c.

Objices jo: Liberum arbitrium ō consistit in indifferentia ad agendum aut ō agendum, si impossibile sit facultatem aliquam simul ponere opposita, simul agere et ō agere: atqui hoc impossibile est, ut claret. Ergo &c.

Disgno mi: impossibile est facultatem simul agere et ō agere in sensu composito ipsorum contradictoriorum, C: in sensu composito ipsarum potentiarum, n. quamobrem facultas libera ō extenditur ad agendum et ō agendum in sensu composito actionis et ō actionis, bene autem in sensu composito potentiae agendi et potentiae ō agendi; licet enim agere et ō agere ō possint esse simul, attamen potentia agendi et potentia ō agendi possunt esse simul, imo sunt una facultas libera.

182. Instavis 1o: Libertas reduplicative ut sit, quatenus praescendit ab increato et creato ente, non ordinatur ad imperfectionem; locum enim habet in deo: atqui non agere est quaedam imperfectio, sicut agere est quaedam perfectio. Ergo libertas ut sic non ordinatur, ad non agere sicut ad agere.

Disgno mi: non agere est imperfectio, non agere ortum ex impotentia; C: non agere ortum ex libertate, N.

Instavis 2do: si liberum arbitrium consisteret in indifferentia, qui esset determinatus ad agendum, tunc non esset amplius liber, quia non est amplius indifferens: atqui qui determinatus est ad agendum tunc etiam liber est respectu actionis praesentis, ut omnes fatentur. Ergo &c.

Disgno maj: qui esset determinatus determinatione antecedente C: determinatione consequente, N. porro qui determinatus est ad agendum, determinatus est tantum determinatione consequente; determinatio autem seu necessitas consequens non tollit indifferentiam antecedentem, quae requiritur ad libertatem, et sola sufficit.

Objices 2do: si liberum arbitrium consisteret in indifferentia, Christus dominus non fuisset liber ad bonum, qui non fuit

quia ō fuit indifferens ad ipsum: atqui christus dominus 1.83.
fuit liber ad bonum, meruit enim sibi corporis gloriam,
nobis remissionem peccatorum et gratiae dona. Ergo &c..

Disgno maj: christus ō fuisset liber ad bonum indeterminatum
et universaliter sumptum, c: ad bonum determinatum et particula
riter sumptum, n. Equidem christus ō fuit liber ad bonum
indeterminatum, sicut hoō ō ē liber ad locum indeterminatum;
fuit autem liber ad bona particularia, sicut hoō ad loca
particularia.

Instabis j: atqui christus ō fuit indifferens ad bonum
etiam in particulari: v. g. ad amorem dei et proximi; et tamen
fuit liber ad bonum in particulari. Ergo ad liberum arbitrium ō
requiritur indifferentia.

Disgno subsumptum: ō fuit indifferens ad bonum in particulari,
bonum necessitatis et praecepti conscientiam ligantis, c:, quia
ō fuit liber ad peccandum. ad bonum supererogaōis seu
consilij, n.

Instabis 2do: mors subeunda pro generis humani redemp
tione fuit ~~totu~~ opus necessitatis seu praecepti; christus

184 Christus enim moriendo fuit obediens, ut ait Scriptura; obedientia autem respicit praeceptum: atqui Christus dominus fuit liber ad mortem subeundam, quia per mortem consummavit opus nostrae redemptionis. ergo fuit liber ad opus necessitatis seu praecepti, ad quod tamen non fuit indifferens ex concessis.

Disgno maj: mors subeunda fuit opus necessitatis et praecepti conditionati pendentis a libera Christi acceptatione, C: necessitatis et praecepti absoluti independentis a libera acceptatione, N. Christus enim dominus oblatus est, quia ipse voluit, inquit Scriptura, nemo tollit animam meam a me; sed vam pono a meipso, sacrificium et oblationem noluisti, tunc dixi ecce venio, inquit Christus de se. quamobrem fuit quidem liber ad opus praecepti conditionati; sed in eo fuit etiam indifferens, quia potuit acceptare aut non acceptare.

Instabis deniq; ille accipit praeceptum absolutum et independens a libera acceptatione, qui petit ~~petit~~ dispensationem praecepti et vam non accipit: atqui Christus petiit dispensationem praecepti mortis: transeat, inquit, a me calix iste; nec tamen obtinuit: calicem quem dedit mihi pater, addit postea, non vis ut

ut bibam illum. Ergo &c.

Disgno maj: qui petit efficaciter et absolute, C: qui petit inefficaciter et conditionate, N. Christus autem petiit tantum conditionate: si fieri potest, inquiebat, ō petiit absolute; quia in eo quod petiit absolute semper ex auditus ē pro suâ reverentiâ ut loquitur apostolus: scio pater quia sp̄ me audis, aiebat ipse. apost. dominus.

Oriies 30: deus sp̄ ē liber in actionibus transeuntibus, mundi creatione, v.g: atqui ad eas ō ē indifferens, quia ē ad eas ab eterno determinatus. Ergo &c.

Disgno mi: ō ē indifferens indifferentiâ consequente et operaōis, C: indifferentiâ antecedenti et potentiae, N. semper enim ē indifferens indifferentiâ illâ antecedenti, quae per determinaōem consequentem ō tollitur.

Oriies 40: si liberum arbitrium consisteret in indifferentiâ antecedenti, gratia efficax minueret liberum arbitrium ut et habitus; minuunt enim indifferentiam determinando moraliter adagendum; atqui gratia efficax et habitus ō minuunt liberum arbitrium, alias minuerent quoq; meritum. Ergo &c.

186. Nego mi i et dico habitus et gratiam efficacem minuere liberum arbitrium quadamtenus, quia tollunt perfectum equilibrium determinando moraliter; ō minuunt autem rationem gradus et intentionis porro meritum magis aestimatur ex gradu et intentione actionis, quam ex indifferentia et aequilibrio.

Ex quo Colligo:

Primo quod libertas ō sit operatio, quia manet in dormientibus.

Secundo quod ō sit habitus quia ō acquiritur per actus.

Tertio quod sit potentia naturalis quia est facultas a natura data; activa quidem per se, quia est sui motiva; per accidens autem passiva, in creaturis scilicet, in quibus actio producta a libertate, in eadem voluntate libera recipitur. quamobrem in deo liberum arbitrium est potentia activa, nullatenus autem passiva, quia in deo liberum arbitrium est ad solas actiones transeuntes, quas deus ō recipit; ō est autem ad actiones immanentes quae adveniant entitative, sed tantum connotative.

Articulus 3us. Cur sit Libertas

Finis Liberi arbitrij est naturae illegentis perfectio, quia per libertatem ad suam perfectionem et felicitatem se promovet. Licet porro deus praesciverit hominem abusurum ex libero arbitrio, ob propterea illud negare aut substrahere debuit, quia provisor sensualissimus naturas liberas suae libertati, necessarias suae necessitati relinquere debet, permittere corruptionem unius ut procuret generationem alterius, mortem animalium ut servet vitam hominum saevitiam tyrannorum ut constantiam probet martyrum, inquit Stus. augustinus; adeo quippe bonus est deus ut ex malis eliciat bona. multo minus tenetur liberum arbitrium confirmare in bono, quia ista confirmatio est gratia quaedam specialis. ob confirmavit ut ostenderet quid homo sibi relictus posset, aliquando confirmaturus, ut quid possit gratia demonstret.

S. augu.

Caa ja efficiens liberi arbitrij ē deus qui creando naam illectualem ipsi indidit liberum arbitrium. Caa efficiens 2da ē naa illectualis, quae libertatem ut appendicem producit. Caa maalis et foalis nulla praeter genus et differentiam.

Difficultas ē igitur solum de subjecto et objecto liberi arbitrij.

Subjectum liberi arbitrij duplex ē, scilicet proxime, quod proxime recipit liberum arbitrium, v.g. voluntas; et remotum quod alio mediante recipit libertatem.

De subjecto remoto, nulla ē difficultas. Circa proxime quaeritur jo utrum sit in facultate raali libertas, an in irraali appetitu et sensibus. 2do, an liberum arbitrium sit in illectu solo, an in voluntate sola, an in utraq; facultate simul.

Prima Conclusio

Liberum arbitrium residet in sola facultate spiritali; ō autem in irraali.

Probatur: Liberum arbitrium residet in ea facultate

quae per se indifferens ad omnia bona particulaa, et ad omnia media: 189.
atqui sola facultas spiritalis et rationalis, non autem irrationalis
et corporea indifferens ad omnia bona particulaa, quia sola
facultas spiritalis propter suam immaterialitatem universalissima,
et facultas irrationalis et corporea, propter suam materialitatem
non particularis et determinata. Ergo &c.

Objices: ibi non liberum arbitrium ubi sunt virtus et vitium:
atqui in facultatibus irrationalibus sunt virtus et vitium: in
serpente prudentia, in siphonia pietas, in canibus fidelitas.
Ergo &c.

Disquo maj: ubi sunt virtus et vitium proprie, tum quoad
materiale tum quoad formale, C: virtus et vitium improprie
et quoad materiale tantum, N. Non quidem materiale virtutis in
brutis animantibus, sunt officium et actio, sed non formale
seu motivum quod non honestas quae non movente brutae animantes.

Instavis: tam in bellvis non facultas libera quam
discursiva; atqui in iis non vis discursiva: sic canis praeda
sequens et in trivio positus sic discurrit, vel transiit per jam
vel per secundam, vel per tertiam viam, atqui non transiit per
jam et secundam est ex odore constat. Ergo per tertiam, quam

190. ingreditur.

Nego mi: et dico nullam esse vim discursivam in bellvis etiam de singularibus et corporeis, quia de suo nihil addunt iis quae a natura didicerunt vel ab aliis, neq; proprios neq; alienos errores cognoscunt, et emendant. quamobrem falsum est canem postquam odoratus est jam et 2dam viam sine odoratione zae statim eam ingredit, si enim odorem fere in zâ viâ ō percipiat, haeret experientiâ teste.

Instavis iterum, qui docilis est, discursivus est. atqui bellvae dociles sunt, ergo &c.

Disgno maj: qui docilis est docilitate rationali, C: docilitate apprehensivâ tantum et sensitiva, n.

Instavis deniq; agens sui motivum est etiam liberum: atqui bellvae sunt sui motivae, habent enim principium activum. ergo &c.

Disgno maj: quod est sui motivum cum indifferentiâ ad oppositum, C: cum determinatione ad unum, n.

Secunda Conclusio

Liberum arbitrium proxime residet in sola voluntate, non autem in illectu.

Liberum arbitrium proxime est in ea facultate, quae per se est electiva et suorum actuum domina: atqui sola voluntas non autem illectus est facultas electiva et actuum suorum domina. primo quidem sola est electiva, quia eligere est unum amare prae alio et obtare; amor autem et desiderium sunt solius voluntatis. deinde sola est actuum suorum domina, quia sola agit cum vult, quod vult, et quia vult juxta illud: sic volo sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Et certe liberum et voluntarium sunt ejusdem facultatis: atqui voluntarium est in sola voluntate; ergo et liberum. quoniam nihil ad virtutem et vitium praemium et supplicium imputatur nisi ex consensu voluntatis ut fatentur omnes.

Objices jo: in ea facultate existit liberum arbitrium in qua sunt actus meritorij: atqui in illectu sunt actus meritorij. ergo &c.

Disgno maj: in qua sunt actus meritorij sine consensu voluntatis, C: per consensum et imperium voluntatis, N. et quidem in illectu sicut in facultatibus etiam corporeis actus meritorius, v.g. actus fidei, sed non meritorius nisi per imperium et consensum voluntatis, sine quo nedum esset liber, non esset voluntarius.

Instavit: illectus est facultas indifferens, ut potest rationalis et universalis. Ergo libera.

Disgno maj: facultas indifferens proxime positis omnibus ad agendum requisitis, C: indifferens remote non positis omnibus ad agendum requisitis, N. jam vero illectus est facultas quidem indifferens ad omnem veritatem in particulari, indifferens remote et mediate, quando illectus considerat per se et seorsim ab omnibus ad agendum praerequisitis, non autem indifferens proxime et immediate, quando illectus considerat cum omnibus ad agendum requisitis. nam circa veritates necessarias et evidentes ita determinatus est ut non possit assensum prohibere, circa probabiles ex utraq; parte

ita determinatur à voluntate ut seipsum determinare non possit.

idem esto judicium de veritatibus fidei quae obscurae et

inevidentes sunt; ad eas enim firmiter credendas ita

determinatur à voluntate ut seipsum determinare non possit;

proindeq; nunquam indifferens in proprio.

Objec. 2do. ea facultas non est libera per se proprie quae

determinatur ab aliâ non à seipsâ: atqui voluntas non est seipsâ

sed ab illectu determinatur, à quo dirigitur. Ergo &c.

Disquo maj: quae determinatur determinatione physicâ et

ineluctabili, C: morali et superabili simpliciter, n. jam vero

voluntas movetur quidem ab illectu motione morali non

physicâ; voluntas enim potest resistere motioni illectus,

et male operari dum illectus bene judicat: video

meliora proboq; deteriora sequor; video meliora per illectum;

deteriora sequor per voluntatem.

Instavis jo: si voluntas resisteret judicio illectus,

tunc voluntas tenderet ad incognitum, quia adid ferretur,

quod per illectum non ipsi esset propositum, ~~non ipsi est~~ ex hypotesi

enim resisteret judicio illectus. atqui voluntas tendere non

194 atqui voluntas tendere ō potest ad incognitum. Ergo &c.

Disgno maj: si voluntas resisteret judicio illectus, Collective et indeterminate sumpto, C: distributive et determinate sumpto, N. quamobrem voluntas ō potest quidem resistere judicio illectus indeterminate sumpto, ita ut nullum prorsus sequatur, bene autem judicio distributive sumpto, quando enim agit, tunc resistit judicio quod est de ō agendo; et quando voluntas ō agit, tunc resistit judicio quod est de agendo; voluntas autem potest agere vel ō agere pro sua libertate, proindeque resistere potest cuilibet judicio distributive sumpto, ea tamen conditione, ut dum uni resistit judicio sequatur alterum.

Instabis 2do: si voluntas resistens uni judicio sequeretur alterum: deberent esse simul in illectu duo judicia, quorum unum esset de agendo et alterum de ō agendo: atqui duo ista judicia simul esse ō possunt in eodem illectu; sunt enim contraria et se habent ut affirmatio et negatio. Ergo &c.

Disgno maj: deberent esse simul duo judicia, quorum unum esset de agendo et alterum de ō agendo duo judicia

duo judicia conditionata, c: duo judicia absoluta, n. porro o possunt 95.
quidem esse duo judicia in illectu quorum unum sit de agendo
et alterum de o agendo. absoluta bene, bene autem possunt esse conditionata
sic possunt esse simul haec judicia conditionata; hic et nunc jejunandum
est sinelis ecclesiae praecepto obtemperare, hic et nunc jejunandum est
sinelis gulae servire. ~

Objiciet 3o: illa facultas o e libera per se quae ex bonis aequalibus
o pt eligere unum, neq; ex inaequalibus eligere minus; atqui
voluntas ex bonis aequalibus o potest eligere unum, neq; ex
inaequalibus eligere minus. ergo &c.

Disquo maj: eligere electione late sumpta pro assumptione unius
boni sine assumptione alterius boni, c: eligere electione stricte
sumpta pro assumptione medij quatenus utilioris, n: equidem in
hypotesi allata o pt eligere stricte voluntas, quia bonum minus
aut aequale o e majus altero, pt tamen eligere late quia pt
assumere unum bonum aequale, o aliud, bonum minus relicto
majori, quia libera e, o quidem bonum minus formaliter
sumptum quatenus minus, quia sub ea ratione habet rationem mali;
sed bonum minus materialiter sumptum quatenus bonum e.

Objiciet 4o: illa facultas o e per se libera quo posito
illectus judicio omittere o e actum: atqui voluntas posito
judicio illectus o pt omittere o e actum, quia proxime expedita e

1.96. ad agendum. Ergo facultas

Disquo mai quae posito judicio illectus antecedenti; c. Consequenti Consensum, n. quod ut clarius innotescat.

Duerte difficultatem esse quod nam judicium illectus requiratur ut voluntas agat. &c.

Judicium illectus duplex est speculativum quod ordinatur ad solam cognitionem, nihilq; repraesentat ut faciendum aut fugiendum; vel practicum quod ordinatur ad actionem quod repraesentat et dictat aliquid esse agendum aut fugiendum. practicum duplex est, scilicet Conditionatum quod dictat aliquid agendum esse aut fugiendum Conditionatum, v.g. hic et nunc esse jejunandum, si velis ecclesiae praecepto obtemperare et o esse jejunandum si velis gulae servire; vel absolutum quod dictat aliquid esse agendum aut fugiendum absolute et sine ulla conditione, ut hic et nunc absolute jejunandum est, et hoc judicium vocatur practicum, ultimum simpliciter.

Judicium speculativum o sufficit, ut voluntas agat Libere, requiritur judicium practicum, quia judicium speculativum o ordinatur ad agendum sed tunc ad cognoscendum.

Volum judicium practicum ordinate ad agendum.

Judicium practicum conditionatum requirite ut voluntas libere agat circa finem, et judicium absolutum, ut libere agat circa media v.g. ut voluntas libere velit ecclesiae praeceptis obtempare, aut gulae servire, requirite judicium conditionatum, hic et nunc jejunandum est, si velis ecclesiae praecepto obtempare, hic et nunc jejunandum non est si velis gulae servire, quia tunc voluntas in jejunio spectat praeceptum ecclesiae tanquam finem; ut autem voluntas hic et nunc jejunare velit requirite judicium absolutum, hic et nunc absolute jejunandum est, quia voluntas spectat jejunium tanquam medium ad observationem praecepti ecclesiae. quamobrem modo requirite judicium conditionatum, modo judicium absolutum; conditionatum ut libere agat circa finem quatenus finem, absolutum autem ut libere circa medium quatenus medium.

Voluntas posito judicio conditionato prorsus indifferens est, quia resistere potest judicio conditionato quidem collective sed distributive sumpto, posito autem

judicio absoluto, voluntas ō ē amplius indifferens, quia ō pt resistere judicio absoluto, si enim voluntas resisteret judicio absoluto sibi ipsi resisteret: atqui voluntas sibi ipsi resistere ō potest, posita intentione finis, voluntas ō potest abstinere a medio ponendo.

Obiec. si voluntas ō posset resistere judicio absoluto, jam voluntas libera ō esset, quia ō posset agere et ō agere: atqui voluntas libera ē circa medium formaliter sumptum. Ergo voluntas potest resistere judicio absoluto intellectus.

Disquo maj: si voluntas ō posset resistere, et praeterea si judicium absolutum antecederet omnem consensum voluntatis, c: si judicium absolutum consequatur liberum consensum voluntatis, n. necessitas enim consequens libero arbitrio noxia ō ē, quia ē effectus illius. quamobrem voluntas quidem posset resistere judicio intellectus absoluto, si judicium absolutum antecederet omnem consensum voluntatis, ō autem si consequatur ut revera consequitur. Sciet nunquam intellectus ponit judicium absolutum sine

sine consensu et determinatione voluntatis.

Ex quo illigitur bonum qui bene affectus est per voluntatem bene judicare per illectum, aut econtra, juxta illud: de agendis et fugiendis unusquisq; judicat sint affectus est, judicat inquam judicio absoluto practice practico. Unde judicium absolutum prudentiae nunquam est sine recta ratione, Virprudens prudentia sciet absoluta spe est bonus. quobrem in practicis hoc ordine procedunt illectus et voluntas. primo illectus conditionate proponit voluntati hoc medium esse amplectendum, aut non esse amplectendum si velit finem consequi, aut si nolit hunc finem consequi; v.g. esse jejunandum, si velit ecclesiae praecepto obtemperare, et non esse esse jejunandum si velit gulae servire; 2do voluntas intendit libere hunc aut alium finem, v.g. observare praeceptum ecclesiae. deinde illectus absolute judicat hoc medium esse amplectendum. deniq; voltas assumit medium propositum: sicq; in practicis mutua est dependentia voluntatis ab illectu et illectus a voltate.

Verum, et hic nodus quidam stringitur, qui per transennam

2.00 solvendus. dubium forte esse posset an possibilis sit omissio pura et Libera.

Omissio est suspensio actus, operationis. duplex est, scilicet pura seu simplex, quae est suspensio cuiuslibet actus voluntatis, et in hoc voluntas dicitur habere se pure negative, quia nullum actum sive amoris sive odij exercet, et impura seu mixta quae adjunctum habet positivum actum voluntatis, v.g. positivum amorem seu positivum odium; omissio sacri est pura in eo qui per diem festum otiosus est; est autem impura seu mixta in eo qui per diem integrum Ludit.

Difficultas est an possibilis sit omissio pura et Libera, certum est enim possibilem esse omissionem impuram necessariam q; puram in dormientibus enim datur omissio pura, quia in dormientibus voluntas omittit et suspendit quemlibet actum, sed necessario est Libere, quia in dormientibus nihil est Liberum defectu scilicet Cognitionis claræ et distinctæ.

Nostra sententia est possibilem esse omissionem puram, quae sit Libera; nam omissio, pura Libera est ea per quam voluntas positis omnibus ad agendum requisitis possit omnem

actum omittere, et suspendere: atqui voluntas positis omnibus ad agendum requisitis suspendere et omittere potest omnem actum, non quidem circa bonum in communi, sed circa bonum in particulari; ipsa enim suspensio et omissio bona est et conveniens ad exercitium et probationem liberi arbitrii: ergo possibilis est omissio pura quae sit libera.

Obiec: si possibilis esset omissio pura libera, vel ista omissio esset laudabilis, vel culpabilis, vel indifferens: atqui nullum horum dici potest: ergo possibilis non est omissio libera pura.

Nego maj: et dico omissionem puram liberam esse culpabilem vel indifferentem; nam omissio illa vel est omissio actus imperati ut omissio amoris dei urgente praecepto vel est omissio actus supererogationis seu consilii majorem perfectionem suadentis, ut omissio voti religionis, si sit omissio actus imperati culpabilis est dr q; peccatum omissionis; si autem sit omissio actus supererogationis, tunc est moraliter indifferens, neq; positive laudabilis, neq; positive culpabilis, non est quidem laudabilis, quia moraliter bona non est; bonum enim idem est ac perfectum et integrum; omissio autem nihil est; non est etiam culpabilis, quia culpabile non est omittere actum supererogationis et consilii

20.2.

Instavis: ut aliquid sit vol. untatum Liberum, debet procedere à voltate: atqui omissio pura ō pt procedere à voltate quia ē mœrum ac purum nihil. ergo &c.

Disgno maj: debet procedere negative sicut omissio, privaō de procedere à suâ Caā, l: procedere positive sicut effectus positivus a suâ Caā.n. ergo omissio pura ō procedit à voltate positive, sicut effectus positivus, bene autem negative sicut privaō procedit à suâ Caā.

Quod pertinet ad objectum Liberi arbitrij: duo sunt præsertim objecta voltatis: scilicet bonum in Conj. qtenus bonum præcise abstrahendo ab oibus bonis particularibus; et bonum particulare Cen bonum qtenus tale vel tale; Cen quod idem, ē, finis ultimus in Conj. qtenus ē finis ultimus præcise, et finis ultimus in particulari, qtenus ē talis vel talis.

Difficultas ē utrum bonum in Conj. qtenus bonum præcise, finis ultimus in Conj. ut finis ultimus sit objectum Liberi arbitrij; affirmant enim Scotistæ thomistis negantibus pro quibus sit. 2a Clus.

Tertia Conclusio

Bonum in Conj. quatenus bonum in Conj. est objectum Liberi arbitrij.

Probatur: illud est objectum Liberi arbitrij quod Libere et indifferenter est amatum sed necessario et determinate: atqui bonum in Conj. quatenus bonum praecise, Libere et indifferenter est amatum, sed necessario et determinate; nam illud necessario et determinate amatur, est Libere et indifferenter, quod est jam principium amandi Caetera Libere et indifferenter; primum enim principium motus est immobile, jam principium Contingentiae est necessarium: atqui bonum in Conj. est jam principium Caetera amandi Libere et indifferenter, omnia enim bona particularia amantur Libere et indifferenter propter bonum in Conj. Ergo &c.

Et vero illud est objectum Liberi arbitrij, quod est objectum Electionis; atqui bonum in Conj. est objectum Electionis; nam illud est objectum Electionis, quod est medium ad finem: atqui bonum in Conj. ~~est medi~~ finis ultimus in Conj. est medium ad ullum finem ut per se constat. Ergo &c.

204 Objiect: illud est objectum Liberi arbitrij quod est objectum voluntatis, voluntas enim Libera: atqui bonum in Conj finis ultimus in Conj est objectum voluntatis amatur enim a voluntate: Ergo est objectum liberi arbitrij.

Disgno maj: quod est objectum voluntatis, voluntatis ut est Libertas, ut est facultas indifferens ad opposita, c: voluntatis ut est voluntas determinata ad unum, n. porro bonum in Conj, finis ultimus in Conj est quidem objectum voluntatis ut est nata ut est determinata o autem ut est indifferens ad opposita; ex quo illigitur jam actum voluntatis o esse liberum et indifferentem sed esse necessarium et determinatum; nam actus qui versatur circa bonum in Conj, finem ultimum in Conj o est Liber sed necessarius et determinatus; atqui jus actus voluntatis versatur circa bonum in Conj finem ultimum in Conj hic enim actus est jam principium caeterorum actuum voluntatis, ergo jus actus voluntatis o est Liber et indifferens sed necessarius et determinatus.

Illigitur praeterea, quod docet S.tus Thomas, angelos et jos parentes peccare o potuisse per jam suum actum, qui peccare o potuerunt per eum actum qui o est Liber et indifferens hic autem actus o fuit iis Liber et indifferens, fuit enim ad

bonum in Conj. finem ultimum in Conj.

Angeli tamen et jiparentes peccare potuerunt jujo instanti suae Creationis, quia in jo instanti Corporis ~~[illegible]~~ potuerunt jum actum qui ē ad bonum in Conj., sed etiam secundum et plures alios qui sunt ad bonum in ~~Conj.~~ particulari, proindeq; si ō in jo instanti nāe saltem in jo instanti suae Creationis et temporis peccare potuerunt.

Articulus Quintus

Quale et Quotuplex sit Liberum Arbitrium

Proprietates Liberi arbitrij sunt Laus et vituperium, praemium et supplicium, quia virtus et vitium, meritum et demeritum soli agenti Libero conveniunt, ō sunt tamen proprietates quarto modo, quia ō conveniunt oī agenti Libero,

neq; enim Conveniunt deo.

Quid sit virtus et quid sit vitium dicetur infra

Meritum pp̄rie est opus mercede, præmio, retributione dignum, idq; ex stricta et rigorosâ justitiâ, dr̄q; meritum de condigno vel ex de congruitate tunc dr̄q; meritum de congruo.

Demeritum pp̄rie est opus supplicio et pœnâ Dignum.

Laus est commendatio propter bonum incitans ad aliquid præstantius.

Vituperium est increpatio propter malum revocans ab aliquo pejori.

Præmium est stipendium virtutis et meriti.

Supplicium pœna est et stipendium vitij et demeriti.

Liberum arbitrium, Libertas arbitrij duplex est, scilicet Libertas Contrarietatis, seu specificationis, et Libertas Contradictionis seu exercitij. 207.

Libertas contrarietatis seu specificationis est facultas indifferens ad duo contraria deq; specificationis quia indifferens est ad actus specie diversos, v.g. ad amorem et odium ejusdem rei, quando scilicet unum et idem objectum representatur ut bonum sub una ratione et malum sub altera.

Libertas contradictionis seu exercitij est causa indifferens ad duo contradictoria deq; Libertas exercitij quia est indifferens ad exercendum et non exercendum eundem actum, v.g. facultas indifferens ad amorem et non amorem boni.

Libertati gnatim opponitur necessitas antecedens. Libertati contrarietatis opponitur necessitas contrarietatis et specificationis; proindeq; voluntas neq; circa bonum neq; circa malum formaliter sumptum libera est libertate

Libertate Contrarietatis, quia necessaõ amat bonum, et necessaõ odit malum formaliter sumptum, necessaõ, inquam, necessitate Contrarietatis, ex hypotesi enim quod agat circa bonum et malum formaliter sumptum. Libertati Contradictionis exercitij opponitur necessitas Contradictionis, et exercitij.

Libertas Contrarietatis ~~Contradictionis~~ nunquam reperitur sine Libertate Contradictionis; at vero Libertas Contradictionis potest esse sine Libertate contrarietatis.

Quaestio Quinta
De
habitibus

Artus 1us An Sint

habitus gnatim ut qlitas succrescens potentiae juvans ad operandum, ut habitus phandi, saltandi.

habitus quantum ad praesens institutum duplex, scilicet pprie dictus qui per se directe et immediate juvat ad operandum, ut habitus fidei ad credendum; et improprie dictus qui per aliud indirecte et tollendo duntaxat obicem, removendo impedimentum juvat ad operandum, ut habitus citarizandi in manu, dissipans crassiores humores, qui sunt impedimenta flexibilitatis et mobilitatis nervorum et musculorum.

Conclusio.

Datur habitus.

Probatur: ad hoc satis est quod detur qualitas juvans ad

ad operandum: atqui datur qlitas juvans ad operandum. Ergo dr habitus.

Articulus Secundus

Cur Et Quid sit habitus

habitus pprie dictus est qlitas perse et directe juvans perse et directe concurrens ad agendum et quidem ex parte potiæ ut habitus fidei ad credendum charitatis theologicæ ad diligendum deum ut authorem gratiæ; dr habitus juvare concurrere ex parte potentiæ o ex parte objecti, quia habitus est adjumentum instrumentum potentiæ o objecti, ut habitus disquatur a specie impressâ, quæ juvat et concurrit ex parte objecti.

habitus improprie dictus est qlitas per aliud et indirecte juvans, per aliud indirecte concurrens ad agendum, tollendo scilicet obicem, removendo impedimentum ut habitus citarizandi in manu, saltandi in pede, qui dissipat crassos humores

Finis habitus est pprie operatio, ~~quia~~ pprius actus, quia omnis habitus est ad operandum facile si sit habitus naturalis

Et complete si sit habitus supernaturalis.

Caa naturalis et formalis habitus nulla est praeter genus et differentiam.

Difficultas est de Caa efficiente habitus, et de subto illius, a qua scient Caa producatur, et in quo subjecto recipiatur, de quibus breviter dicendum est.

Durando habitus naturalis producitur per ipsam facultatem

Caeteris vulgo philis, habitus naturalis producitur immediate per actus, mediate vero per facultatem, pro quibus sit

Conclusio

habitus naturalis acquisitus immediate producitur per actus, et mediate per facultatem

Probatur: per vandem Caam effectus producitur per quam conservatur et augetur; atqui habitus naturalis acquisitus immediate conservatur et augetur per actus proprios, actuum enim repetitione conservatur et augetur habitus acquisitus ut habet receptum axioma. Ergo habitus naturalis acquisitus immediate producitur per actus proprios, mediate vero per ipsam facultatem.

2.12 Obiiciis habitus immediate ō producitur per actum ut Caam efficientem, si actus sit mera dispositio ad productionem habitus atqui actus ē mera dispositio ad productionem habitus; ergo &c.

Disgiuo maj: si actus sit mera dispositio passiva, receptiva, e: dispositio activa productiva habitus, n.

Jam videndum, per quid remittatur et corrumpatur habitus;

Remitti de habitus quando minuitur; de autem corrumpi quando totaliter destruitur; per easdem porro Caas remittitur et corrumpitur quia remissio ē incoatio quaedam corruptionis.

Tribus porro modis foa minuitur aut corrumpitur, scilicet per oppositionem alterius fae ut frigus in aqua per oppositionem caloris, per defectum Caae conservantis, ut lumen in aere per defectum solis conservantis, et per corruptionem subjecti, ut visio per ~~rep~~ effossionem oculi.

habitus illectus et voluntatis corrumpuntur per solam appositionem contrarij ō per defectum Caae conservantis neq; per ~~subjectionem~~ corruptionem subjecti; nam illi habitus ō corrumpuntur per defectum Caae conservantis neq; per corruptionem subti, qui neq; habent Caam conservantem defectibilem neq; subtum defectibile: atqui habitus illectus et voluntatis neq; habent

Causam Conservantem defectibilem neq; subiectum corruptibile: 2.13.
Conservante enim a solo Deo qui non est defectibilis, et habent pro
subiecto illectum et voluntatem, quae facultates sunt incorruptibiles:
Ergo habitus illectus et voluntatis non corrumpuntur per defectum
Causae Conservantis neq; per corruptionem subiecti, sed per solam
oppositionem contrarij; quamobrem non corrumpuntur per actuum
cessationem sine actibus contrariis:

Objicies oblivio ~~oppositio~~ et cessatio actuum non est oppositio contrarij
oppositio contrarii: atqui habitus illectus oblivione delete, corrum
pitur, arte et experientia teste. Ergo habitus illectus non corrumpitur
per solam oppositionem contrarij, sed per actuum cessationem.

Disquo: habitus illectus oblivione, actuum cessatione
delete quoad usum, quia post longam oblivionem, actuum
cessationem illectus non potest uti suo habitu propter specierum
confusionem; C: delete quoad substantiam et entitatem, N.
quamobrem habitus illectus delete per solam oblivionem
actuum cessationem sine actibus contrariis, delete quoad usum
et exercitium, non vero quoad substantiam et entitatem, quia non
pendet ab actibus tanquam a Causa Conservante, licet pendeat
ab illis ut Causa producente, unde sequitur habitum illectus

2.14 per solum actuum cessationem fieri posse corruptum secundum quid et sub aliqua ratione, non autem simpliciter et sub omni ratione.

Habitus imaginationis appetitus sentientis et facultatis motricis corrumpi possunt per oppositionem contrarij et per corruptionem sui subjecti; nam illi habitus possunt corrumpi per oppositionem contrarij et per corruptionem subjecti, qui habent contrarium et subjectum corruptibile atqui tales sunt habitus imaginationis appetitus sentientis et facultatis motricis, habent quidem contrarium ut omnes agnoscunt; habent etiam subjectum corruptibile; habent enim pro subjecto facultatem corpoream, quae corruptibilis est: ergo utroque modo corrumpi possunt.

Quamobrem habitus imaginationis in cerebro residens defluentibus cerebri particulis, ut revera defluunt per ~~continuam~~ continuam actionem caloris naturalis cum ipsoque cerebro defluit.

Caeterum aliqui habitus totaliter corrumpuntur per primum actum contrarium v.g. habitus infidelitatis totaliter corrumpitur per jum actum fidei; habitus erroris totaliter

Corrumpitur per jum actum Scie, quando Scie sunt actus contrarij 12.15.
o modo ratione intentionis sed etiam ratione nate, et Essentiae; alij
vero partialiter tunc corrumpuntur per jum actum contrarium
v.g. habitus intemperantiae partialiter corrumpitur per jum
actum temperantiae, quando Scie habitus sunt tunc contrarij
ratione intentionis.

Forma de extendi cum novam subti partem attingit et
penetrat, sic lumen de extendi in aere quando a suprema regione
transit ad mediam, et a media ad infimam, vel extendi de
quando novam objecti partem attingit, quo sensu Logica de
extendi; cum a prima mentis operatione transit ad secundam,
a secunda ad tertiam, et a tertia ad quartam.

Forma quae o habet subjectum neq; objectum divisibile
nullatenus extendi potest; proindeq; habitus illectus et
voluntatis extendi o possunt ratione subti quia o habent subtu
divisibile, extendi tamen possunt ratione objecti quia habent
objectum divisibile.

Quomodo autem habitus illectus et voluntatis
extendantur ratione objecti judicandum ex dictis in Logica
de Scia totali; quando enim habitus extenditur ad novum

2.16 objectum formale, nonnam difficultatem; tum habitus extenditur per nonnullum habitum specie diversum a jo ita ut habitus totalis sit compositus ex multis habitibus specie diversis.

Habitus duobus modis consideratur scilicet quoad substantiam naturam, essentiam, quomodo remissima facilitas agendi de ente totus habitus quoad substantiam et quoad modum, intentionem gradum, quomodo remissa facilitas de quidem ente dispositio ad habitus sed o de ente habitus.

Habitus consideratus quoad substantiam producitur per jum actum; nam ad hoc satis est, quod aliqua facilitas producatur per jum actum, et aliunde, quod omnis facilitas sit habitus consideratus quoad substantiam: atqui aliqua facilitas producitur per jum actum experientia testis, qui enim jum actum exercuit facilius exercet secundum quam si nullum exercuisset; aliunde vero omnis facilitas etiam remissima est habitus quoad substantiam. Ergo habitus consideratus quoad substantiam producitur per jum actum.

Habitus vero consideratus quoad modum, intentionem, et gradum, o producitur per jum actum sed per secundum

Et per alios actus posteriores, quia per jum actum ō producitur facilitas maxima, intensissima ut constat experientiâ testis.

Objices: Lapis ō cavatur per jam aquæ guttam, sed tunc disponitur ad excavationem. Ergo neq; habitus producitur per jum actum.

Nego Conseq: et parit: rāo disparitatis ē, quia quælibet impressio facta Lapidi ab aquæ guttâ ō ē excavatio, potest enim ē demolitio quæ vis autem impressio facta potentiæ ab actu ē habitus considerata quoad substantiam ē enim facilitas quædam saltem remissa, proindeq; nihil ab actu producitur præter habitum.

Articulus 3us Quotuplex Et Qualis sit habitus

Proprietates habitum sunt intentio, et remissio, corruptio, extentio, concursus, seu cooperaō, et distinctio à speciebus intentionalibus in facultate gnoscitivâ, et à ponderibus in facultate appetitivâ, de quibus breviter dicendum ē.

Habitus augeri potest per aliud, vel tanquam per causam formalem suæ intentionis, vel tanquam per causam efficientem productivam suæ intentionis.

2.18 habitus intenditur per habitum de novo productum, tanquam per causam formalem, quia ut dicetur in physicis, qualitas augetur per qualitatem de novo productam, tanquam per causam formalem, Calor aquae intenditur per calorem de novo productum in aquâ tanquam per causam formalem.

hic quaeritur per quid augeatur habitus tanquam per causam efficientem suae intentionis an sciet augeatur per solos actus intentiores, an etiam per actus aequales aut remissiores.

Conclusio

habitus augetur per actus ô modo intentiores sed etiam per aequales et remissiores;

Probatur: gnatim loquendo effectus aequinocus augetur ô modo per causam intentiorem, sed etiam per aequalem aut remissiorem; Calor augetur in speculis Parabolicis ô modo per lumen intentius, sed etiam per aequalem aut remissius secundae qualitates augentur ô modo per alias intentiores, sed etiam aequales et remissiores: atqui habitus se habet ad actum

sicut effectus aequivocus ad causam, habitus in natura dissimilis est 2.19
actui, habitus natura sua permanens, actus autem natura sua
transiens est. Ergo habitus augeri videtur non modo per actus
intentiores sed etiam per aequales et remissiores; quamobrem
habitus intensus augeri potest non modo per actus intensos ut
ut quinque, sed etiam per actus intensos ut quatuor aut tria.

Objicies: ut causa possit augere et intendere effectum
debet esse fortior et intentior, quia omne agens debet esse fortius
et intentius patiente, ut dicitur in physicis: atqui actus aequales
et remissiores non sunt fortiores et intentiores habitu ut
supponimus: Ergo actus aequales et remissiores non possunt
augere habitum.

Disgno maj: omne agens univocum ut lumen respectu
luminis, calor respectu caloris, C: agens aequivocum
ut lumen respectu caloris, qualitates ja respectu secundarum
iterum subdistinguo debet esse fortius et intentius, virtualiter
et aequivalenter, C: formaliter actualiter, n. porro actus aequales
et remissiores non sunt quidem fortiores et intentiores
formaliter et actualiter, quia supponuntur esse aequales et remissiores

formaliter et actualiter, sunt tamen fortiores et intentiores, virtualiter et aequivalenter, quia naturam habent nobiliorem ipso habitu; quamobrem actus aequales et remissiores non possunt augere habitum, tanquam agens univocum causa univoca bene autem ut agens aequivocum et causa aequivoca, sicut agens univocum tendit ad similitudinem in natura et gradu, agens vero aequivocum non tendit ad similitudinem, sive in natura sive in gradu, alias non esset agens aequivocum.

Secunda Conclusio

Habitus cognoscitivi disgunt a speciebus impressis.

Probatur: instrumenta facultatis cognoscentis disgunt ab instrumentis objecti cogniti: atqui habitus cognoscitivi sunt instrumenta facultatis cognoscentis, species autem impressae sunt instrumenta objecti cogniti; habitus enim cognoscitivi dicuntur se tenere ex parte facultatis, quam juvant ad operandum; species autem impressae dicuntur se tenere ex parte objecti cujus sunt species impressae ergo habitus cognoscitivi disgunt a speciebus impressis

tum primariis seu directis tum secundariis seu reflexis 2.21.

Tertia Conclusio

Habitus cognoscitivi disgunte a speciebus expressis et appetitivi a ponderibus, seu ut alij loquunte a terminis actuum vitalium;

Probatur: Quod natura sua permanens et post elapsum actum disgunte ab eo quod natura sua transiens et cum ab actu: atqui habitus cognoscitivi et appetitivi natura sua permanent post elapsum actum, manent enim in otiosis et dormientibus; species autem expressae et pondera transeunt cum ipso actu facultatis cognoscentis et appetentis, pendent enim a jugi et continua operatione facultatis gnoscentis; pendent inquam non solum in fieri, sed etiam in conservari ut constat de specie expressa visus et aliorum sensuum externorum quae transacta visione evanescit fatentibus omnibus; ergo habitus gnoscitivi disgunte a speciebus expressis et appetitivi a ponderibus, seu quod idem et disgunte a terminis actuum

2.22.
Vitalium.

Habitus gnatim vel ē habitus pprie dictus qui per se et directe juvat ad agendum concurrendo sciēt immediate ad actionē; et habitus improprie dictus qui per aliud et indirecte juvat tollendo sciēt obicem removendo impedimentum; vel corporeus qui sedet in facultate corporea, ut in manu; vel spiritalis qui sedem habet in facultate spiritali ut in illectu; vel gnoscitivus qui juvat ad cognoscendum ut phia, vel appetitivus, qui juvat ad appetendum, prosequendum, fugiendum, ut virtus aut vitium morale.

Cognoscitivus triplex; semper verus, qui spē inclinat ad verum, dr q; virtus illectualis; spē falsus qui spē inclinat ad falsum dr q; vitium illectuale, et medius qui nunc ad verum et nunc ad falsum inclinat.

Habitus spē verus cum virtus illectualis quintuplex ē, illigentia quae ē cognio jorum principiorum axiomatum; sapientia quae ē cognio rerum altissimarum per altissia principia vsalissimas caas; scia quae ē cognio certa et,

evidens rei necessariae per causam; prudentia quae est habitus quae est habitus activus circa ea quae sunt bona vel mala moraliter; et ars quae est habitus vera cum ratione effectivus circa ea quae possunt aliter et aliter se habere.

Appetitivus 3plex, semper bonus, et honestus, qui qui semper inclinat ad bonum et honestum dr q; moralis virtus; semper malus inhonestus qui semper inclinat ad malum inhonestum dr q; vitium morale et indifferens qui neq; ad bonum neq; ad malum per se inclinat.

Quaestio Sexta
De
Virtute morali

Articulus 1us An sit.

Virtus generatim est vis facultas et energia, quo sensu dicuntur magnae herbarum virtutes, virtus enim sumitur pro qualibet habitu congruo.

Virtus propriae est bonus animi habitus, et est duplex, scilicet intellectualis qui spectat ea quae cognoscenda sunt, vel moralis

2.24. qui spectat ea quae sunt agenda vel fugienda, honesta vel turpia.

Virtus moralis vel talis est directive, hoc est quae dirigit mores, ut prudentia; vel talis est formaliter, hoc est quae prosequitur bonum morale, seu honestum quatenus bonum morale, ut justitia fortitudo temperantia.

Virtus moralis, vel est formaliter acquisita seu naturalis, quae proprio marte proprio labore comparatur, vel est infusa quae a solo deo infunditur.

Datur virtus moralis infusa, ibi enim datur moralis virtus infusa ubi dantur actus proprij illius virtutis: atqui in homine dantur actus proprij illius virtutis, scilicet actus supernaturales et meritorij vitae aeternae, ut docet fides catolica: ergo in homine datur virtus moralis infusa; quamobrem simul cum gratia sanctificante infunduntur omnes virtutes supernaturales justitiae, fortitudinis ut docent theologi.

Difficultas est an detur virtus moralis acquisita seu pure naturalis

Conclusio

Datur in hoc virtus moralis acquisita seu purae naturalis, ac proinde datur in paganis quoque, et infidelibus.

Probatur: ut detur virtus moralis purae naturalis, satis est quod homo soli naturae permissus sine dei gratia possit exercere actum moraliter bonum cum ratione objecti, tum etiam ratione finis; atqui homo soli naturae permissus et sine dei gratia potest exercere actum moraliter bonum tum ratione objecti tum etiam ratione finis; ja quidem potest exercere actum bonum ratione objecti, seu officii, nam ille exercet actum bonum ratione objecti, qui versatur circa rem de se honestam; atqui homo sine dei gratia versari potest circa rem de se honestam; v.g. circa sublevandam alterius miseriam saltem in re facili. Ergo ~~in re~~ naturae soli permissus et sine dei gratia potest exercere actum bonum ratione objecti et officii.

Deinde vero: potest exercere actum moraliter sumptum ratione finis; nam ille potest exercere actum bonum ratione finis qui potest agere ex motivo honestatis quatenus honestas est; atqui homo soli naturae permissus agere potest ex motivo honestatis quatenus

2.26. honestas est; qui enim cognoscit honestatem cuilibet alteri bono praeferendam esse; ille agere potest ex motivo honestatis, quatenus honestas est; atqui hoc naturae soli permissus, et sine dei gratia cognoscit honestatem caeteris omnibus bonis praeferendam esse, ut constat ex antiquis philosophis qui per solum naturae lumen cognoverunt honestum caeteris omnibus bonis esse praeferendum. Ergo hoc naturae soli permissus et sine dei gratia, potest exercere actum bonum ratione objecti et ratione finis, proindeque datur virtus moralis acquisita seu purae naturalis; quamobrem in ipsis infidelibus, sunt quaedam opera, quae vituperare non possumus, sed etiam juste

S. augu. meritoque laudamus, inquit S.tus augusti.

Objices: quod non est ex fide illud peccatum est, inquit scriptura, atqui virtus moralis acquisita seu purae naturalis, non est ex fide; fides enim est virtus supernaturalis et theologica; ergo virtus moralis acquisita, siquae daretur esset peccatum, proindeque non foret pure virtus moralis.

Disgno maj: quod non est ex fide agendi, hoc est ex bona conscientia peccatum est, C: quod non est ex fide credendi hoc est ex fide supernaturali et theologica, N. jam vero virtus moralis acquisita non

quidem ex fide credendi, et vero ex fide agendi quia est ex bona conscientia, et recta ratione. Ergo non peccatum.

Instabis jo: si daretur virtus moralis pure naturalis, posset homo deo placere sine fide theologica: omnis quippe virtus deo placet: atqui nemo potest placere deo sine fide supernaturali et theologica, sine fide impossibile est placere deo, inquit scriptura, quod non est ex laudabili charitate, illud est ex vitiosa cupiditate, inquit, Stus August; ac proinde placere non potest deo: Ergo non datur virtus moralis pure naturalis.

Disquo maj: posset homo deo placere generali quadam ratione, quomodo vi placent omnia bona, sine ordine et fructu ad vitam aeternam, C: singulari quadam ratione et peculiari, quomodo vi placent bona supernaturalia, virtutes supernaturales, utiliter et in ordine ad vitam aeternam, N. porro sine fide supernaturali nemo quidem potest deo placere singulari quadam et peculiari ratione utiliter et cum ordine ad vitam aeternam, quia sine fide supernaturali nullum est bonum supernaturale nulla virtus supernaturalis; at vero potest deo placere generali quadam ratione quia potest esse bonum naturale virtus naturalis; potest enim

2.28.
potest enim versari circa deum ut authorem naturae.

Instabis; quod est sterile seu inutile ad vitam aeternam, hoc malum est, inquit Sanctus Augustinus; atqui virtus acquisita, sterilis est ad vitam aeternam, et supernaturalem: ergo illa virtus mala est.

Disgno maj: hoc malum est positis pelagianorum principiis quibus contendebant hominem posse, per naturales vires consequi vitam aeternam, ac proinde nullum esse bonum etiam naturale quod non prodesset ad eam consequendam, c: simpliciter et absolute n. Sciet Sanctus Augustinus ibi disputat contra pelagianos quorum proinde errorem refellit positis etiam illorum principiis.



Articulus Secundus

Quid sit Virtus moralis.

Virtus moralis definitur jo qui habentem facit bonum, et ejus opus reddit bonum simpliciter, et sine addito, idem per se et si nullum inveniat obicem.

Definitur 2o: habitus Electivus consistens in ea mediocritate quae apud nos est definita judicio viri prudentis, dicitur habitus Electivus, quia virtus acquiritur per actus Liberos, et inclinat ad actus Liberos, unde residet in facultate Electiva seu Libera.

Caeterae definitionis partes infra explicabuntur, ubi de medio virtus moralis agetur.

Quaeritur an virtus moralis sit habitus essentialiter bonus.

Scoto habitus virtutis est accidentario bonus ratione finis, quia nunc tendit ad bonum, nunc tendit ad malum finem, nunc temperantia exercetur propter deum, nunc propter mahumetem, misericordia nunc propter deum, nunc propter inanem gloriam.

Sancto thomae virtus moralis est habitus essentialiter bonus,

o tum rationem objecti sed etiam finis; habitus virtutis se habet ad bonitatem ut subjectum ad accidentia, ut paries, ad albedinem et nigredinem, inquit Schotus; habitus virtutis vel potius habitus generatim se habet ad bonitatem et malitiam, sicut genus ad differentias contrarias, inquit S.tus Thomas.

Verum: conciliari possunt duplicem distinguendo virtutem moralem, imperantem scilicet quae sedem habet in voluntate, et imperatam quae residet in aliis facultatibus voluntati servientibus: v.g. in appetitu sentiente. Virtus imperans est habitus essentialiter bonus seu honestus; virtus autem imperata est habitus accidentaliter bonus, seu honestus; quamobrem sit.

Conclusio.

Virtus imperans est habitus essentialiter bonus, seu honestus.

Probatur: illa virtus est habitus essentialiter bonus seu honestus, quae habet pro objecto essentiali specificativo bonum quatenus bonum, honestum quatenus honestum: sed virtus imperans habet pro objecto essentiali specificativo bonum quatenus

bonum, honestum quatenus honestum: nam sic habet virtus 2.31.
imperans ad bonum quatenus bonum, honestum quatenus honestum,
sicut voluptas ad jucundum quatenus jucundum, quaestus ad utile
quatenus utile: atqui voluptas habet pro objecto jucundum quatenus
jucundum; objectum essentiale specificativum quaestus, et utile
quatenus utile. Ergo bonum quatenus bonum, honestum quatenus
honestum est objectum essentiale specificativum virtutis imperantis;
proindeque virtus moralis imperans est habitus essentialiter bonus
seu honestus; quamobrem virtus arte melior est, quia nemo
unquam virtute abutitur, plures autem abutuntur sua arte, inquit
philosophus.

Objices 1o: habitus non est essentialiter bonus, qui nunc ad bonum
nunc ad malum finem ordinatur: sed habitus virtutis nunc ad
bonum nunc ad malum finem ordinatur, habitus misericordiae nunc
ad deum ordinatur, nunc ad inanem gloriam. Ergo habitus
virtutis non est essentialiter bonus.

Disquo mi: habitus virtutis, virtutis imperatae quae per
alias facultates exercetur, per intellectum per appetitum sentientem,
per vim motricem, et virtutis imperantis quae per ipsam

Voluntatem exercere immediate, N. quaecumque habitus virtutis imperatae ō ē essentialiter bonus, bene autem habitus virtutis imperantis rao disparitatis ē quia habitus virtutis imperatae ō habet pro objecto essentiali specificativo bonum qtenus bonum honestum qtenus honestum; Caeteras facultates ō attingunt bonum ut bonum, honestum ut honestum; habitus autem virtutis imperantis habet pro objecto essentiali specificativo bonum ut bonum honestum ut honestum, Voluntas quippe attingit bonum quatenus bonum, honestum qtenus honestum.

Instabis jo habitus virtutis etiam imperantis potest ordinari ad malum finem si possit aliquis velle unum et idem objectum nunc propter bonum, nunc propter malum finem sed aliquis potest velle unum et idem objectum nunc propter bonum nunc propter malum finem, potest velle dare Eleemosynam, nunc propter deum nunc propter inanem gloriam. Ergo habitus virtutis etiam imperantis potest ordinari ad malum finem, proindeq; ō ē essentialiter bonus.

Disquo neq: si possit aliquis unum et idem objectum nunc 2.33.
propter bonum nunc propter malum finem velle utendo uno et
eodem habitu voluntatis, C: utendo diversis habitibus, N. jam
vero potest quidem aliquis velle unum et idem objectum nunc
propter bonum, nunc propter malum finem utendo diversis
habitibus voluntatis, ō autem utendo uno et eodem voluntatis
habitu; nam ad hoc satis est quod mutato aut multiplicato fine,
multiplicetur habitus voluntatis aut mutetur: atqui mutato vel
p multiplicato fine, mutatur vel multiplicatur habitus voluntatis
finis enim essentialis est habitui et actui voluntatis, imperantis
scilicet, habitus et actus imperans voluntatis essentialiter respicit
finem ut terminum a quo ordine intentionis, et ut terminum
ad quem ordine executionis. Ergo ō potest aliquis velle
unum et idem propter diversos fines, utendo uno et eodem
habitu voluntatis.

Instabis 2do: illud ō est essentiale habitui et actui voluntatis
quod neq; est objectum materiale neq; formale: atqui finis ultimus
neq; est objectum materiale neq; formale habitus et actus voluntatis

ut constat ex ipsis terminis, ex hypotesi enim est finis et objectum; ergo finis est essentialis habitui et actui voluntatis, proindeque mutato aut multiplicato fine et mutatur neque multiplicatur habitus voluntatis.

Disgno neque est objectum materiale, neque formale, est per se directe et immediate, C: est per aliud indirecte et mediate, n. mutato enim aut multiplicato fine consequenter et indirecte mutatur aut multiplicatur objectum formale, mutato aut multiplicato termino mutatur aut multiplicatur relatio. quamobrem finis est quidem essentialis habitui et actui voluntatis, est per se directe et immediate, bene autem per aliud, indirecte et mediate scilicet per objectum formale, quod mutatur aut multiplicatur mutato aut multiplicato fine, objectum enim formale relativum est ad finem, mutatur autem aut multiplicatur relatio mutato aut multiplicato termino, ut dictum est in Logicis; proindeque finis est essentialis habitui et actui voluntatis mediante objecto formali.

Objices 2do:

Objiec 2do: ille habitus ō ē essentialiter bonus qui ad superbiam et arrogantiam inclinat: sed habitus virtutis imperantis ē ejusmodi. Ergo ō ē essentialiter bonus.

Disgno maj: qui ad superbiam inclinat tanquam principium effectivum superbiae, quomodo habitus dr inclinare ad suum actum, c: qui inclinat tanquam maā aut occasio superbiae, n. Cum enim quaeritur an habitus virtutis sit essentialiter bonus, status quaestionis ē an spe inclinet ad bonum ut ppium effectivum boni. Jam vero habitus virtutis imperantis per accidens qdem inclinat ad malum inclinat tanquam maā aut occasio actus mali ō tanquam ppium effectivum qmodo habitus dr inclinare ad suum actum.

Artus Tertius Cur Sit Virtus moralis.

Finis virtutis moralis sunt actus ad quos juvat. Caā fōalis nulla praeter differentiam quae ē ipsa honestas.

Difficultas ē de caā efficiente virtutis moralis, utrum sciēt virtus moralis nobis jedit a naā, an a ppriis actibus comparetur; deinde autem quonam in

Subto recipiatur, an sciat in voluntate, aut appetitu sentiente.

Platoni virtutes omnes tum illectuales tum morales hoi congenitae sunt animae nostrae creatae sunt a deo priusquam corporibus infundantur.

Arli virtutes omnes tum illectuales tum morales a propriis actibus comparantur, nec sunt hoi congenitae cuius substantiae subscribimus.

Conclusio

Virtus moralis propriis actibus comparatur.

Pvr. quod ex actibus producitur et augetur, illud propriis actibus comparatur. sed virtus moralis ex propriis actibus producitur et augetur, actibus bonis suadimus boni, melioribus meliores, pejoribus pejores. Ergo propriis actibus virtus moralis comparatur. quamobrem multum interest quibus rebus a pueritia assuescamus quia similes habitus procreantur a similibus actibus, inquit aristoteles,

Oviiecs, virtus moralis est propensio ad actus honestos: sed quibusdam hoibus congenita est propensio inclinatio ad actus honestos, v.g. ad actus fortitudinis: Ergo virtus moralis quibusdam hoibus congenita est.

maj: ē ppensio, inclinaō ad actus honestos formaliter sumptos, quatenus sunt honesti, ex motivo honestatis, C: ad actus honestos materialiter sumptos, qui honesti sunt, ō quatenus honesti, ad actus honestos ex motivo jucunditatis vel ex Caeco naturae impetu exercendos; N. jamvero quibusdam hoībus Congenita ē inclinaō, ppensio ad actus honestos materialiter ō formaliter sumptos, ad actus honestos ex jucunditate aut Caeco naturae impetu, ō autem ex motivo honestatis exercendos; haec enim ppensio ex sanguine, temperamento, et indole, nascitur, ō ex ratione. proindeq; ē virtus moralis, nisi rationis et Libertatis, nec ō honestatis motivum accesserit.

Sequitur in quo subto sit virtus moralis videamus. difficultas ē tum de aliquibus virtutibus, scilicet justitiâ, fortitudine, et temperantiâ;

Secunda Cluo

Oīs virtus ppria et univoce dicta residet in voluntate ut subto, nulla in appetitu sentiente.

Probatur: nam ad hoc satis ē quod sola voluntas, ō appetitus sentiens possit attingere objectum formale, motivum, specificativum,

virtutis pprie et univoce dictae; atqui sola voluntas ō appetitus sentiens attingere potest honestum tanquam honestum, sola enim voluntas attingere potest bonum ~~mor~~ rāale insensibile, appetitus sentiens attingere tunc potest actum jucundum, bonum sensibile qtenus sensibile: ergo sola voluntas attingere potest objectum fōale specificativum, motivum virtutis pprie et univoce dictae; proindeq; oīs virtus residet in voluntate ut subjecto, nulla residet in appetitu sensitivo.

Objice, si fortitudo et temperantia pprie dicta, residerent in voluntate, residerent in facultate rāali sed ex rāle resident in irrāali: ergo ō sunt in voluntate.

Disguo maj: residerent in ~~voluntate~~ facultate rāali per participationem, C: rāali per essentiam, N. porro fortitudo et temperantia, ō Resident quidem in facultate rāali, quia ō resident in illectu, bene autem in facultate rāali per participationem, quia voluntas rāalis ē per participationem et irrāalis per essentiam, quod autem per facultatem irrāalem illigat bene quae irrāalis ē per essentiam tunc constat ex eo quod justitiam ipsam

reponat in facultate irrationali. Patentem autem adversarij esse in voluntate.

Instabis 1o: fortitudo et temperantia sunt partium irrationalium ex eodem artic. atqui voluntas dici non potest partes irrationales in plurali numero. Ergo fortitudo et temperantia non sunt in voluntate ut subto, sunt in appetitu irascente et concupiscente.

Disquo maj: fortitudo et temperantia aequivoce sumpta, C: fortitudo et temperantia proprie et univoce sumpta, disquo iterum: sunt partium irrationalium objective et directive, quia dirigunt, coercent partes irrationales scilicet appetitum irascentem et concupiscentem, C: sunt partium irrationalium subjective, hoc in partibus irrationalibus ut in subto, N: quamobrem fortitudo et temperantia improprie aequivoce sumptae, non sunt in voluntate sed in appetitu ~~sensi~~ irascente et concupiscente, bene autem fortitudo et temperantia proprie: in partibus vero objective tunc ac directive.

Instabis 2do: appetitus spiritalis non eget fortitudine et temperantia, non enim movetur timore mali neque boni sensibilis

spe, ut constat ex appetitu divino et angelico: atqui voluntas humana est spiritalis. Ergo &c.

Disgno maj: appetitus spiritalis tum entitative tum etiam affective, C: spiritalis entitative tum, N. quando enim appetitus spiritalis est affective, et minus timet malum sensibile, neq; minus sperat bonum sensibile, quam si non foret spiritalis entitative: Porro voluntas humana est quidem spiritalis entitative intrinsece et autem affective, quia afficitur malo, et bono sensibili; pertinet enim ad hoc quia quatenus aal afficitur malo et bono sensibili; voluntas humana sibi quidem non timet malum sensibile v.g. mortem, timet vero malum sensibile hoj cujus est voluntas, et per hoc praestim voluntas humana disgnitur a divina et angelica.

Intabis deniq; voluntas humana non eget fortitudine et temperantia ad toleranda mala sensibilia, et ad fugienda bona sensibilia, si sublatis difficultatibus appetitus irascentis et concupiscentis jam nulla patiatur difficultatem; atqui sublatis difficultatibus istis, voluntas jam nullam patitur difficultatem. Ergo voluntas non eget fortitudine et temperantia, appetitus

irascens et concupiscens solis indigent habitibus.

Disgno maj: voluntas hua ō eget fortitudine et temperantiâ habituali, transeat: actuali, N. quamobrem voluntas forte ō eget fortitudine et temperantiâ habituali, quia sublatis impedimentis appetitus sensitivi facile et perfecte exercet actus fortitudinis et temperantiæ, voluntas tamen ō eget fortitudine et temperantiâ, forte, inquam, dato ō concesso; nam revera voluntas eget fortitudine et temperantiâ habituali ppter repetitionem actuum et difficultatem superandam.

Articulus Quartus

Qualis sit Virtus Moralis

Pprietates virtutum moralium sunt earum inequalitas, distinctio, connexio, et medium de quibus sigillatim

dicendum.

Primum igitur caput est de æqualitate virtutum.

Stoicis quorum sententiam amplexus est Cicero in paradoxis, virtutes sunt inter se æquales, quia virtus est quædam rectitudo, inquit Cicero, quæ autem recta sunt eodem modo sunt recta, ut docent matemathici. Vitium autem est recessus á rectâ ratione, nihil vero refert an parum vel multum á rectâ ratione recedatur, neque culpabilior est miles, qui contra ducis imperium multum quam qui parum recessit á castris.

Peripatericis quorum sententiam amplexi sunt Catholici quædam virtutes sunt inæquales, quædam sunt inæqualia vitia.

Prima Conclusio

Quædam virtutes sunt aliis tum accidentaliter tum essentialiter perfectiores.

Probatur: jo quidem virtutes quædam sunt accidentaliter aliis

perfectiores; nam illa virtus accidentaõ perfectior ē quæ ē aliâ intentior, quæ plures habet gradus perfectionis. atqui dat̄ virtus aliâ intentior quando scit̄ major ē voluntatis contentio, et applicaõ. Ergo &c. 2do. Virtus una perfectior ē aliâ essentialiter; nam ea virtus ē essentialiter perfectior aliâ quæ habet obtum formale nobilius. atqui una virtus v.g. Charitas Ergadem habet obtum formale nobilius aliâ, puta temperantiâ. Ergo &c.

Obiiciẽs cum Cicerone. quæ recta sunt æqualiter recta sunt; inquiunt mathematici: atqui virtutes oẽs rectæ sunt. Ergo æqualiter rectæ.

Disquo mai: quæ sunt recta rectitudine ~~metaphisica~~ mathematicâ, C: quæ recta sunt rectitudine morali, n. disparitas ē qd rectitudo mathematica nullam habent extensionem, et posita sit in indivisibili; rectitudo autem moralis extensiõe habeat. jam vero Actus humani et virtutes habent rectitudinem ō mathematicam, sed moralem; proindeq; ō sunt æqualiter rectæ; simili raõe vitium unum inequaliter ē alteri; accidentaõ quidem quando ē alio intensius: essentialiter vero quando habet obtum deterius. Vitium quidem ē recessus

a rectâ ratione, sed recedere a rectâ ratione multum deterius est quam parum quia strictius prohibetur; et solum enim res prohibetur quoad substantiam sed etiam quoad modum et omnes circumstantias; quamobrem culpabilior est miles qui multum quamqui parum recessit a castris, dummodo imperator et modo rem ipsam sed etiam modum et circumstantias prohibuerit. —

Secundum caput est de medio virtutum.

Illud dicitur esse in medio quod est inter duo extrema.

Duplex autem est medium, scilicet medium rei et mathematicum quod aequaliter distat ab utroque extremo, ut medium ulnae et medium rationis seu morale, quod definitur a rectâ ratione spectatis omnibus circumstantiis loci, temporis, et personae, quale est medium temperantiae, medium rei est invariabile apud omnes, medium autem rationis variatur pro varietate circumstantiarum.

Virtus potest esse in medio dupliciter, scilicet objective seu ex parte objecti quatenus in objecto seu materia mediocritatem servat

ō excessum, aut defectum; vel ū in medio formaliter quae ū inter duo vitia quorum unum ejus contrarium ū propter excessum, et alterum propter defectum, ut liberalitas inter prodigalitatem et avaritiam.

Quaeritur ergo, an omnis virtus moralis sit in medio et quomodo.

Secunda Cluo

Quaelibet virtus moralis ū in medio objective.

Probatur: illa virtus ū in medio objective, quae objecti sui mediocritatem servat ō excessum aut defectum, sed omnis virtus moralis objecti sui mediocritatem servat, neq; ad excessum neq; ad defectum vergit, alias ō esset virtus moralis, ō esset rectae rationi conformis: ergo quaelibet virtus moralis ū in medio objective; quamobrem bene definitur ab arte habitus electivus consistens in mediocritate.

Objicies: extremum seu ultimum potentiae ō ū in medio, sed virtus moralis ē extremum seu ultimum, inquit arte; ergo ō ū in medio.

maj: virtus moralis est extremum seu ultimum potentiae, virtus moralis sumpta ratione objecti formalis, ratione modi imperandi, ratione honestatis, C: sumpta ratione objecti formalis, ratione materiae, ratione officii, n. quamobrem virtus moralis sumpta ratione objecti formalis non est in medio, sed in extremo, bene autem sumpta ratione objecti materialis et officii, ~~bene~~ quia eius objectum materiale medium est inter excessum et defectum.

Instabis: magnificentia est in extremo inquit aliquis, facit enim maximos sumptus.

Disgno antecedens: magnificentia est in extremo secundum quid et comparate ad liberalitatem, quia medium magnificentiae est extremum liberalitatis, C: simpliciter et sub omni ratione, n. magnificentia enim est inter maximos et minimos sumptus.

Caeterum conclusio nostra illigenda est de solis virtutibus moralibus quae sunt necessitatis, ut sunt justitia, fortitudo, et temperantia; non autem de Christianis quae sunt super erogationis.

Tertia Clusio.

Justitia: est in medio formaliter seu non est inter duo vitia quorum

Unum sit ei contrarium propter excessum materiae, alterum vero propter defectum.

Probatur: illa virtus non est inter duo hujusmodi vitia cui nullum vitium contrarium est propter excessum materiae: atqui non datur vitium justitiae contrarium propter excessum materiae sed propter solum defectum. nam materia cujuslibet justitiae est emolumentum alteri debitum, inquit plures, emolumentum enim alteri debitum est materia juris. atqui non datur vitium justitiae contrarium propter excessum emolumenti seu lucri, quod alteri debitum est, nam illud non est justitiae contrarium, quod non est injuriosum injustum, iniquum: sed vitium quod ~~appe~~ admittitur, si quod tamen admittitur propter ipsum excessum emolumenti seu lucri quod alteri debetur et redditur, non est per se injuriosum, iniquum et injustum, neque respectu dantis, quia nemo sibi ipsi injuriosus est ut dicetur infra, cum arbitrio; neque ~~pro~~ respectu accipientis, quia nulla infertur injuria ei, qui plus emolumenti seu lucri ab alio accipit, nullum habet jus conquerendi. ergo &c.

Objicies 1°: Crudelitas est vitium justitiae vindicativae contrarium, judex enim crudelis infligens graviores scelere poenas

peccat contra justitiam vindicativam; atqui crudelitas ō ē
vitium justitiæ contrarium per mæ defectum ergo dat vitium
justitiæ vindicativæ contrarium per excessum

Nego mi: nam in justitiâ vindicativâ sunt maxime disquirendi
actor et ipse reus; quod enim ē mā justitiæ vindicis respectu
unius ō ē mā ejusdem justitiæ respectu alterius; pœna
quippe quæ infligitur reo ē mā justitiæ vindicis respectu
actoris cujus ē emolumentum et lucrum; actor enim jus
habet ad pœnam reo infligendam, si ō per se saltem per judicem,
at vero eadem pœna ō potest dici mā justitiæ vindicis respectu
rei sed tunc conservatio corporis sontis de cætero illæsi, quia
conservatio illa corporis de cætero illæsi sontis, conservatio
honoris et famæ ē emolumentum cum lucrum ipsius sontis
ō autem actoris; his positis dico judicem crudelem graviores
pœnas infligendo sonti ō peccare ullatenus, ~~cu~~ respectu
ipsius actoris, cujus pœnæ illæ sunt emolumentum
et lucrum; at vero peccare tunc modo respectu ipsius
sontis; jam vero cum pœnæ illæ ō sint mā justitiæ vindicis

respectu rei, sed potius conservatio ipsius corporis, judex crudelior non peccat per excessum respectu sontis in materia justitiae vindicis, sed per defectum duntaxat, quatenus non satis conservat corpus sontis.

Instabis: tam poena est materia justitiae vindicativae respectu sontis, quam praemium sit materia justitiae distributivae respectu merentis; atqui praemium est materia justitiae distributivae respectu merentis. Ergo &c.

Nego maj: disparitas est quia praemium est emolumentum merentis, et qui meretur jus habet ad praemium; at vero poena non est emolumentum rei, nec sons habet jus ad poenam.

Instabis iterum: quod alteri debitum est illud est materia justitiae, atqui poena debita est sonti. Ergo &c.

Disgnio maj: quod debitum est proprie, hoc est propter jus, C: improprie propter scelus quod det jus alteri, actori scient, N. ~~qui alteri reddi~~

Objices: qui alteri reddit plus quam debet excessu peccat contra aliquam virtutem; atqui non peccat contra aliam quam justitiam. Ergo &c.

2.50. Nego maj: ut saliter sumptam, et dico eum qui reddit alteri plusquam debet, quandoq; exercere actum liberalitatis aut gratitudinis; v.g. qui reddit centum nummos ei a quo accepit tantum quinquaginta. 2do nego mi: et dico eum qui reddit alteri plusquam debet ex hypotesi quod peccet excessu, ō peccare contra justitiam sed contra liberalitatem; ē enim prodigus ō injustus.

Quarta Conclusio.

Virtutes theologicae ō sunt in medio formaliter, ceu nullum vitium ipsis contrarium ē propter excessum mae.

Probatur: nemo peccare potest nimis credendo aut diligendo deum, quia fides ex veracitate dei mensuratur, et charitas bonitate: atqui nemo potest excedere veracitatem et bonitatem dei, quia sunt infinitae, ergo &c.

Objicies qui temere deo credit peccat contra fidem, ceu superstitio ē excessus contra fidem, praesumptio contra spem, sui ipsius occisio ex amore dei contra charitatem. ergo &c.

Nego ant: quoad ses partes, superstitio enim est levitas quaedam et inconsideratio ex fidei sed prudentiae contrariae per defectum; praesumptio enim est nimia confidentia in viribus; ac proinde contraria humilitati per defectum; ex vero spei: denique occisio sui ipsius ex amore dei, si tamen possibilis est, est vitium ex charitati erga deum, sed charitati erga seipsam contrarium per defectum.

Quinta Conclusio.

Virginitas et paupertas evangelica ex sunt in medio formaliter.

P. ille virtutes ex sunt in medio formaliter quae nequidem sunt in medio objective. atqui virginitas et paupertas evangelica nequidem sunt in medio objective sed in extremo; virginitas quidem quatenus renunciat omnibus rebus venereis, paupertas autem omnibus bonis. ergo ex sunt in medio formaliter.

Objiec qui exercet officium maalis virtutis quando o decet, ille peccat excessu contra virtutem: v.g. qui dat quando o decet, excessu peccat contra liberalitatem: atqui aliquis pt exercere officium virginitatis quando o decet, contra dei praeceptum. Ergo.

Disquo maj: si circumstantia designata per (quando) sit ppria virtutis illius v.g. virginitatis, C: si sit ppria alterius virtutis, N. porro si quis noveret virginitatem quando o decet propter praeceptum dei contrarium, tunc circumstantia designata per (quando) o ē maa virginitatis sed obedientiae contra quam per defectum ille peccaret.

Sexta Concluo

Caeterae oes virtutes exceptā justitiā et caeteris de quibus modo sunt in medio foaliter.

Probatr: inductione, fortitudini contrariatr temeritas et ignavia, temperantia intemperantia, insensibilitas liberalitati prodigalitas et avaria. magnificentia sumptuositas et sorditas et ita de caeteris.

Septima Clus.

Quaelibet virtus moralis est in medio rationis et rei.

Probatur: illud est in medio rationis, quod est in mediocritate definita judicio viri prudentis habitâ ratione circumstantiarum, loci, temporis, et personae: atqui virtus moralis est ejusmodi, ut constat ex ejus definitione ab omnibus receptâ. Ergo &c. quamobrem medium virtutis moralis, neque indivisibile est neque invariabile, sed pro divisibilitate et varietate circumstantiarum, dividitur et variatur.

Justitia tamen dici potest in medio rei secundum quid, quatenus constituto semel pretio idem omnino solvitur, sive divitis sive pauperis, quanquam justitia ipsa est in medio rationis simpliciter, quia pretium rebus imponitur habitâ ratione egestatis, raritatis et aliarum circumstantiarum, quae et raro variantur.

Tertium caput est distinctio virtutum.

Quibusdam sicut unus hercules pluribus monstris debellandis sicut una virtus duobus vitiis expugnandis sufficit quamobrem numerus virtutum dupla minor est numero

vitiorum, v.g. inter prodigalitatem et avaritiam unica et realiter actualiter virtus, quae nunc dr liberalitas quatenus dat quando decet nunc parcimonia quatenus retinet quando decet.

Caeteris idem et numerus virtutum et vitiorum, liberalitas quae opponitur avaritiae et parcimonia quae contraa et prodigalitati realiter actualiter ab invicem disjunctae.

Conclusio 8a.

Numerus virtutum par et numero vitiorum, ceu inter duo vitia sunt duae virtutes realiter actualiter distinctae.

Probatur: ibi sunt virtutes realiter ab invicem distinctae ubi sunt distincta illarum objecta formalia et officia: atqui distincta sunt objecta formalia, distincta officia illarum virtutum sunt enim quasi contraa licet tamen propriae contraa non sint, v.g. officium liberalitatis est dare, officium autem parcimoniae est positive retinere et positive retinere; dare autem et retinere positive sunt veluti contraa, unum se habet instar amoris et conversionis, alterum instar odij et aversionis, qui dat quando decet retinet quidem negative quatenus non dat

plusquam decet, sed ō retinet positive; potest enim unico actu liberalitatis dare quidquid habet, quo in casu nihil positive retinet liberalitatem exercebit ō parcimoniam. Ergo &c.

Quartum caput est connexio virtutum.

Virtus autem vel est perfecta vel imperfecta, seu est in statu perfecto, vel in statu imperfecto. Virtus perfecta dr̄ ea, quae est firma, stabilis, et ~~firmans~~ constans, quae suo munere expedite et quolibet in casu fungitur. imperfecta econtra. imperfecta dr̄ est in statu continentiae, perfecta autem in statu temperantiae vel heroico. Virtus in statu temperantiae est virtus firma stabilis et constans constantiâ conjs seu ordinariâ; virtus autem in statu heroico est virtus firma stabilis, et constans, firmitate stabilitate et constantiâ singulari, seu extraordinaria; quamobrem triplex est virtutis status scilicet continentiae, temperantiae, et status heroicus.

Virtutes morales in statu imperfecto ō sunt necessaō connexae, nam illae virtutes ō sunt necessaō connexae quarum una potest esse sine aliâ: atqui una virtus moralis pt esse imperfecta seu in statu continentiae sine aliis virtutibus, tunc

tunc enim virtus est in statu continentiae quando est infirma instabilis et inconstans, atqui una virtus sine aliis potest esse infirma instabilis et inconstans; sic justitia sine fortitudine liberalitate temperantia, et aliis instabilis et inconstans esse pt, ut omnes agnoscunt: ergo &c.

Est Difficultas utrum virtutes morales in statu perfecto, in statu temperantiae et heroico sint inter se necessario connexae, nonnullis negantibus caeteris vero affirmantibus.

Nona Quo

Virtutes morales necessario connexae sunt in statu perfecto seu in statu temperantiae et heroico.

Probatur: illae virtutes necessario connexae sunt, quae sine invicem non sunt firmae, stabiles, et constantes; atqui virtutes morales sine se invicem non sunt firmae, stabiles, et constantes; nam illae virtutes non sunt firmae stabiles et constantes quae non possunt quamlibet difficultatem quemlibet obicem facile et delectabiliter superare; atqui virtutes morales sine se invicem non possunt quamlibet difficultatem

quemlibet obicem facile et delectabiliter superare, quae ō possunt
facile et delectabiliter superare quodlibet vitium, quodlibet enim
vitium cuilibet virtuti difficultatem, et obicem facit. atqui virtutes
morales sine se invicem ō possunt facile et delectabiliter q̄libet
vitium superare; virtutes enim morales sine se invicem cuilibet
vitio perse et immediate, ō opponuntur sed illum per aliud
et mediate; sic justitia sine fortitudine ō potest facile et delectabiliter
superare temeritatem et ignaviam sine liberalitate prodigalitatem
et avaritiam sine temperantia et intemperantiam et insensibilitatem
justitia enim perse et immediate ō opponitur temeritati et ignaviae
sed illum per aliud et mediate, scilicet mediante fortitudine; ergo
virtutes morales, seorsim ab invicem ō sunt firmae, stabiles,
et constantes, proindeq; necessaō connexae sunt in statu perfecto
hoc ē in statu temperantiae et heroico. quamobrem in statu
perfecto debet esse prudens per prudentiam, recta per
justitiam, constans per fortitudinem, et moderata per temperantiam
inquit S.tus Thomas. S. Tho.

Et certe virtutes illae sunt inter se necessaō connexae
in statu perfecto quarum officia mutuo connexa sunt, et

ab invicem dependentia: atqui officia virtutum moralium sunt inter se mutuo connexa et ab invicem dependentia; namque sibi mutuo sunt finis et medium mutuo connexa sunt et dependentia ab invicem: atqui officia virtutum sibi mutuo sunt finis et medium; sic officium justitiae finis est fortitudinis et temperantiae in judice, fortitudo autem et temperantia sunt medium ad officium justitiae in eodem judice; sic vicissim fortitudo est finis justitiae, in exercitus imperatore, ipsa vero justitia medium est ad ~~fortitudinem~~ in eodem imperatore: ergo officia virtutum moralium, necessario connexa sunt et ab invicem dependentia, proindeque virtutes moralis, necessario connexae sunt in statu perfecto, in statu temperantiae et heroico.

Objices: qui ex motivo unius virtutis quamlibet difficultatem, quemlibet obicem potest facile et delectabiliter superare ille habet virtutem illam in statu perfecto sine aliis: atqui potest aliquis ex motivo unius virtutis quemlibet difficultatem, quemlibet obicem facile et delectabiliter superare; sic aliquis potest ex motivo solius justitiae superare temeritatem et ignaviam; ergo potest habere unam virtutem, in statu

sine aliis virtutibus.

Disgno maj: pt superare ex motivo unius virtutis tanquam ex fine ultimo, C: tanquam ex fine intermedio, N. quamobrem pt quis habere unam virtutem in statu perfecto sine aliis tanquam fine ultimo, ō autem sine aliis tanquam fine intermedio, qui habet unam tanquam finem ultimum habet cæteras tanquam finem intermedium, qui habet charitatem ergo deum tanquam finem ultimum habet cæteras oēs ut finem intermedium, charitas enim fortis ē, liberalis, patiens, benigna, &c. ergo virtutes morales in statu perfecto, sunt inter se necessaō connexæ proindeq; qui amittit aut acquirit unam in statu perfecto heroico, amittit cæteras oēs formaliter sumptas qtenus perfectæ sunt et relativæ, licet eas conservet materialiter sumptas.

Oviies 2do: quæ realiter disgunte possunt esse sine se invicem: atqui virtutes morales etiam in statu perfecto realiter à se invicem disgunte, habent enim distincta objecta formaliter, et distincta officia; ergo possunt

et sine se invicem Etiam in statu perfecto.

Disgno maj: si sint absoluta hoc est ab invicem libera et independentia, C: si sint relativa hoc est ab invicem dependentia, N. nam pater et filius disgunte realiter neq; tamen possunt esse sine se invicem quia sunt relativa: jam vero virtutes morales in statu perfecto disgunte quidem realiter; at vero sunt relativae et a se mutuo dependentes tanquam finis et medium, ut supra, ergo oportet esse sine se invicem in statu perfecto, quamobrem fortitudo ofuit perfecta in alexandro magno simpliciter et sub oj ratione, ofuit unim simpliciter firma, stabilis, et constans, siquidem succubuit Corporeis voluptatibus, ut docet historia.

Objices 30: virtutes illectuales scient illigentia, sapientia, scientia, prudentia, et ars, sunt perfectae sine se invicem, sunt firmae, stabiles, et constantes; ergo Etiam virtutes morales, sunt perfectae, firmae, stabiles et constantes, sine se invicem

Nego Conseq: et parit. rao disparitatis ut, quia virtutes illectuales non habent officia mutuo Convera et ab invicem dependentia, non se habent ut finis et medium: virtutes autem morales habent officia mutuo Convera et ab invicem dependentia se habent ut finis et medium respectu sui invicem; quamobrem licet virtutes illectuales non sint necessario Convera, in statu perfecto, virtutes tamen morales in statu perfecto necessario Convera sunt.

Caeterum nostra Conclusio, illigenda est tantum de virtutibus moralibus, Cōnibus, quales sunt prudentia justitia &c. non autem de virtutibus moralibus propriis ac peculiaribus ut sunt virginitas et paupertas Evangelica

Articulus Quintus

Quotuplex sit Virtus moralis.

Virtus vel est moralis directiva quae dirigit mores ut prudentia, vel moralis formalitas quae prosequitur bonum

morale quatenus morale, honestum quatenus honestum, ut justitia, fortitudo, et temperantia.

Moralis directive residet in illectu quia solus illectus dirigit mores, saltem per se et proxime, quae autem est moralis formaliter residet in voluntate, quia voluntas sola prosequitur honestum quatenus honestum.

Virtus moralis duplex est iterum, scilicet cardinalis quae praecipua et primaria est, et est cardinalis quae minus praecipua est et minus primaria.

Cardinalis quadruplex est, scilicet prudentia, justitia, fortitudo, et temperantia.

Non cardinales, subordinantur quatuor cardinalibus et ad eas revocantur triplici ratione, scilicet vel tanquam earum partes subjectivae vel tanquam partes integrantes, vel tanquam partes potentiales.

Partes subjectivae alicujus virtutis, sunt eae quae revocantur ad virtutem tanquam species ad genus sic justitia commutativa et distributiva sunt partes subjectivae ipsius justitiae generatim sumptae, quia ad eam

revocantur ut species ad genus.

Partes integrantes sunt ea quae revocantur ad virtutem tanquam dispositiones adfoam, unde melius dicerentur partes dispositivae.

Partes potentiales sunt ea quae revocantur ad virtutem, ut affines seu similes ad virtutem affinem ut modestia in gestibus, simplicitas in vestibus ad temperantiam.

De singulis virtutibus moralibus, praesertim autem de cardinalibus breviter dicendum.

De Prudentiâ.

Prudentia est habitus verâ cum ratione activus circa ea quae sunt hoc bona, vel mala simpliciter, brevius definitur recta ratio agendorum et fugiendorum.

hic vulgo quaeritur an prudentia sit virtus illectus, an semper inclinet ad verum: ratio est dubitandi quia prudentia dictat esse agendum quod aliquando agendum non est, v.g. dandam esse eleemosynam ei qui pauperem ementitur, cum

tamen vi ō sit danda Eleemosyna, ex hypothesi enim ō ē pauper sed insignis praedo proindeq; nonnunquam prudentia videtur ad falsum inclinare.

Verum judicium illectum hic disgnendum ē duplex; scilicet speculativum quod fertur de reipsâ, sine relatione ad exteriorem speciem seu apparentiam; vel practicum quod fertur de re sumptâ relative ad exteriorem speciem et apparentiam, judicium quidem speculativum falsum ē pt ō judicium practicum; sic in exemplo allato falsum ē speculative dandam ēē Eleemosynam hoj istj, verum tamen ē practice, bona enim fide existimatur pauper, proindeq; relative ad exteriorem speciem seu apparentiam, danda ē Eleemosyna. Porro prudentia inclinat quidem ad judicium practicum de dandâ Eleemosynâ ō autem ad speculativum; proindeq; prudentia inclinat spēr ad verum, nunquam ad falsum; quamobrem ē virtus illectus.

Prudentiae partes subjectivae eaedem sunt quae aethicae; quamobrem prudentia gnalis et particularis, monastica, economica et politica sunt prudentiae partes

Subjectiva, Economica et politica duplex est, scilicet imperans, 65.
quae est in iis qui imperant et regunt, et in patre familias,
et in principe; vel obsequens quae est in iis qui obsequuntur:
v.g. in domesticis et subditis, imperans per se jario dirigit
actus internos illius qui imperat; zario autem actus externos
eorum quibus imperat: v.g. domesticorum et subditorum;

Politica imperans multiplex, scilicet nomotetica quae
leges condit, civilis, quae civium et magistratuum
officia praescribit.

Prudentiae partes integrantes octo, scilicet memoria,
illigentia, docilitas, solertia, providentia, circumspectio,
ratio, et cautio; quamobrem oportet virum prudentem esse
memorem, illigentem, docilem, solertem, rationalem, providum,
circumspectum, et cautum.

Partes potentiales prudentiae tres sunt; nempe
vis consultatrix de agendis et fugiendis, vis judicandi de
iisdem juxta communes leges et communia praecepta, et vis
judicandi de iis quoq; ubi lex nihil praecipit.

Prudentiae per excessum opponitur calliditas astutia,
per defectum vero imprudentia.

Imprudentia 4 plex, scilicet praecipitatio quae minus considerat, inconsideratio quae non satis attendit ad singula, inconstantia quae non manet in propositio, et negligentia quae non affert diligentiam ad opus exequendum.

De justitiâ

Justitia est hominis necessaria, nam justitia necessaria est ei qui ad societatem natus est, nulla enim societas talis potest sine justitiâ ita ut nequidem Latronum et praedonum societates sine quadam justitiâ stare possint: atqui homo natus est ad societatem, est enim animal natura sua politicum et civile: ergo justitia est hominis necessaria quamobrem aristoteles merito reprehendit Epicurum, quod diceret hominem de suo tantum negotio debere esse sollicitum nullatenus autem de alio.

Justitia definitur perpetua et constans voluntas jus suum cuique tribuendi; ubi nomen voluntatis illigitur habitus aut actus voluntatis non autem ipsa facultas.

Jus autem propriè est legitima potestas de re aliquâ disponendi in suum suorumque commodum, quamobrem non datur jus ad detrimentum sed ad lucrum, emolumentum et commodum. quod autem aliqui dicunt esse aliquod jus passivum ad damnum seu detrimentum, est equidem verum; sed nihil aliud est quam necessitas quædam et obligatio debiti solvendi; proindeque jus propriè dictum quod activum est reperitur in creditore, jus autem improprie quod est merce passivum reperitur in debitore: tam vero justitia tribuit unicuique jus activum, non autem passivum nisi secundario quatenus aliquando jus activum unius est quoque jus passivum alterius ut contingit in justitiâ vindicativâ.

Justitiæ partes integrantes duæ sunt, scient facere bonum, et fugere malum, ubi bonum et malum strictius sumuntur pro justo et injusto, æquo et iniquo.

Justitiæ partes potentiales sunt charitas, pietas, observantia, gratitudo, fidelitas, obedientia, castigatio, vindicatio, humilitas, affabilitas, veralitas, liberalitas, urbanitas et amicitia.

hic quaeri pt an avarus sit pejor prodigo, vel econtra avarus prodigus. avaritia enim et prodigalitas sunt duo vitia contraria liberalitati quae est pars potentialis justitiae.

Avarus ut videtur pejor est prodigus, avaritia pejor prodigalitate; nam ille pejor est qui nulli prodest nequidem sibi qui difficilius sanatur, qui magis nocet hominum societati; sed avarus nemini prodest nequidem sibi difficilius sanatur, et magis nocet hominum societati quam prodigus; equidem avarus nemini prodest, nequidem sibi; namque pecunia est utilis in summum aut aliorum commodum neque aliis prodest neque sibi; sed avarus pecunia est utilis in summum aut aliorum commodum, pecuniam non spectat tanquam finem ultimum et tanquam intermedium, pecunia fruitur et utitur, ergo avar. nemini prod.

Deinde avarus longe difficilius sanatur quam prodigus. nam ille difficilius sanatur cujus morbus in dies ingravescit. sed avaritia in dies ingravescit et autem prodigalitas, avaritiae siderium est infinitum, prodigus autem brevi suas facultates dissipat et egestate coactus prodigalitatem facile convertit in liberalitatem: ergo avarus difficilius sanatur quam prodigus; quamobrem caetera vitia juvenescunt, sola

Consenescit avaritia, inquit Seneca.

Denique avaritia magis nocet hominum Societati quam prodigalitas; nam qui tollit usum pecuniae Societati necessarium, is maxime nocet Societati: sed avarus tollit usum pecuniae necessarium Societati ad Commutationes et Commercia: ergo avarus magis nocet Societati; proindeque avarus peior est prodigo, avaritia longe peior est prodigalitate.

Neque dicas, illud vitium pejus est, quod moraliter et ut plurimum trahit secum plura vitia: atqui prodigalitas moraliter loquendo plura secum trahit vitia maxime vero ambitionem, intemperantiam quibus medetur avaritia: ergo prodigalitas peior est avaritia.

Disgno maj: si caetera sint paria, c: si caetera sint impari, n. jam vero in nostro casu caetera sunt impari, licet enim prodigalitas plura secum fortasse trahat vitia, haec tamen leviora sunt iis quae secum trahit avaritia; nam prodigalitas secum trahit ambitionem et intemperantiam, avaritia autem secum trahit injustitiam seu rapinam,

fraudem, dolum, sed iniustitia, rapina, fraus, dolus, sunt vitia graviora quam ambitio et intemperantia: ergo cætera ō sunt paria.

Cæterum ex partibus potentialibus justitiæ sola liberalitas videtur esse justitia ppriè dicta, ō autem charitas, religio, et hc. nam justitia ppriè dicta reddit alteri quantum ipsi debetur et quidem ex stricto jure: sed allatæ virtutes vel ō reddunt quantum debetur ut charitas, religio, pietas, ... enim patriæ et parentibus ō pt reddi qtum debetur; vel certe ō reddunt id quod debetur ex stricto jure, sed tamen ex honestate ac decentiâ, ut affabilitas, urbanitas.

Justitiæ partes subjectivæ sunt duæ, scilicet justitia generalis seu legalis, et justitia particularis.

Justitia gnalis seu legalis ē ea quæ procurat bonum comē formaliter sumptum et qtenus ē comē præcise quod disgnitur à pietate quæ quidem procurat bonum comē qtenus ē bonum patriæ ō qtenus ē bonum comē præcise; quamobrem oēs cives habent justitiam legalem respectu

Civitatis, et omnes tamen habent pietatem, sedij Hum qui ex illâ Civitate tanquam ex patriâ oriundi sunt.

Justitia particularis est ea quae bonum procurat proprium et particulare, et quae duplex scilicet commutativa et distributiva, vindicativa enim ad commutativam refertur.

Difficultas est an justitia generalis seu legalis sit collectio ad coetus omnium aliarum virtutum ut videtur Scoto, an potius sit virtus aliqua simplex realiter distincta a collectione caeterarum omnium ut placet Sancto Thomae.

Justitia generalis seu legalis est virtus simplex et distincta a caeteris sive distributive, sive etiam collective sumptis; nam illa virtus est simplex et distincta a caeteris omnibus quae habet objectum formale simplex et distinctum ab objecto formali caeterarum: atqui justitia legalis habet objectum formale simplex et distinctum ab objecto formali caeterarum; nam justitia legalis habet pro objecto formali bonum commune quatenus commune seu bonum commune procurandum ex motivo boni communis: atqui bonum commune quatenus bonum commune praecise

et objectum formale simpliciter distinctum ab objecto formali caeterarum. Ergo justitia legalis est virtus simplex et distincta a caeteris omnibus sive distributive sive collective sumptis, quamobrem justitia omnium aliarum virtutum est praestantissima quia habet objectum formale praestantissimum, inquit arlis.

Objicies: caeterae omnes virtutes, justitia commutativa, distributiva, fortitudo procurant bonum commune; ergo inutilis est justitia legalis tanquam virtus distincta ad procurandum bonum commune.

Disgno antecedens. procurant bonum commune materialiter sumptum, seu id quod est commune o quatenus commune, c: procurant bonum commune formaliter sumptum, seu quatenus est bonum commune ex motivo boni communis praecise, n. quamobrem inutilis est virtus distincta ad procurandum bonum commune materialiter sumptum: est vero necessaria ad procurandum bonum commune formaliter sumptum quatenus est bonum commune praecise.

Instaris: justitia est omnis virtus juxta illud poetae,

justitia in se sit virtutis continet omnes, quod dicitur justitiâ Legali
primus illigit: ergo justitia Legalis est Collectio cæterarum
omnium.

Disquo autem: justitia est omnis virtus, justitia sumpta,
ratione materiæ seu objecti quatenus omnis virtus est materia justitiæ,
C: sumpta ratione sui et formaliter, N. eodem enim sensu
justitia est virtus omnis, quo charitas est omnis virtus, quo
charitas est patiens, benigna, &c. atqui charitas sumpta
ratione sui et formaliter non est omnis virtus ut fatentur omnes sed tantum,
sumpta ratione materiæ, quatenus omnis alia virtus est materia charitatis;
ergo justitia Legalis sumpta ratione materiæ est omnis virtus
non autem ratione sui.

Ex quo illigitur totuplicem esse justitiam generalem quotuplex
est bonum commune, proindeque; aliam esse justitiam generalem quæ
procurat bonum communitatis perfectæ qualis est Civitas, et
aliam quæ procurat bonum commune totius familiæ; prior
dicitur Legalis quia sicut lex, ita et hæc justitia, procurat bonum
totius Civitatis, posterior dici potest æconomica quia procurat

bonum familiae.

Justitia particularis 2plex est scilicet commutativa et distributiva.

Commutativa est ea quae reddit alteri quod suum est propter jus fundatum in contractibus venditionis, emptionis, et aliis inter privatos iniri solitis.

Distributiva est ea quae reddit alteri quod suum est propter jus fundatum in dignitate et meritis, commutativa est privati ad privatum, distributiva autem est communitatis ad privatum.

Justitia autem vindicativa ad commutativam revocatur nam ea justitia est commutativa quae poenas commutat criminibus; sed justitia vindicativa est hujusmodi. ergo est commutativa, cum hoc tamen discrimine quod commutativa soleat esse voluntaria ex utraq; parte justitia autem vindicativa sit coacta ex altera parte scilicet debitoris, et ideo justitia vindicativa ab alio quam a debitore scilicet a judice exerceatur.

Commutatio generatim est unius cum alio commercium et duplex vulgo distinguitur, scilicet voluntatis quae utriq; parti grata est: ut emptio, venditio, locatio; et involuntatis quae est utriq; parti grata ut raptus, latrocinium, commutatio alio nomine dicitur contractus; quanquam contractus proprie est sola commutatio utrinq; libera.

Justitiae opponitur sola injustitia per quam alteri unius lucri seu emolumenti tribuitur; nam contra injustitiam est excessu peccatur sed defectu ut patet ex dictis.

Injustitiae quae contrariae est justitiae commutativae varia est pro varietate commutationum, seu contractuum; nam in commutatione voluntatis occurrit fraus vel usura, fraus quidem in emptione, venditione, locatione; usura autem in mutuo dando; in commutatione autem involuntatis occurrit factum aut verbum, factum ut latrocinium; verbum ut injusta accusatio, contumelia, detractio;

Justitiae distributivae seu remunerativae opponitur injustitia distributiva quae aliter dicitur acceptio personarum per quam

minus lucri cum emolumenti tribuitur alteri quam mereatur comparatus ad alium, cum per quam ō habetur rāo dignitatis et meriti, sed favoris; hic vero quæri pt qō ay justitia commutativa et distributiva realiter actualiter disgnantur, 2do per quid abinvicem disgnantur.

Prima Clio.

Justitia commutativa et distributiva realiter actualiter actualiter disgnuntur;

Probtr: illæ virtutes realiter actualiter disgnuntur, quæ habent distincta objecta formalia, atqui justitia contatiua et distributiva habent distincta objecta formalia; nam jus fundatum in contractibus privatis, et jus fundatum in dignitate et meritis sunt distincta objecta formalia, sed commutativa habet pro objecto formali jus fundatum in dignitate et meritis, distributiva autem in contractib. privatis: ergo commutativa et distributiva habent

distincta objecta formalia, proindeq; realiter actualiter disgunt.
quamobrem Commutativa et distributiva tollunt distinctas,
realiter difficultates.

Objicies; qui de bono proprio faciles reddit alteri quod
sunt, illes etiam reddit alteri faciles quod sunt de bono
Conj: atqui justitia Commutativa de bono proprio reddit
alteri quod sunt es, distributiva autem reddit de bono
Conj: Ergo qui habet Commutativam habet etiam
distributivam; proindeq; Contativa et distributiva o disgunt
realiter.

Disgno maj: qui de bono proprio faciles reddit alteri quod
sunt es faciles reddet de bono Conj faciles reddet dispositive
et incoate, id es habebit quandam dispositionem et incoationem
justitiae distributivae, C: faciles reddet actualiter et complete,
id es habebit actu justitiam distributivam, N; quamobrem
qui habet Commutativam habet distributivam dispositive
et incoate o actualiter et complete, id es qui habet Contativam
habet distributivam, quoanodo qui habet liberalitatem habet

Etiam magnificentiam: sed qui habet liberalitatem, habet magnificentiam dispositive et incoate, ō autem actualiter et complete: ergo qui habet contatiuam habet quoq; distributiuam, dispositive et incoate, ō actualiter et complete.

Secunda Clus.

Justitia contatiua et distributiua jario et essentialiter disgunte per diuersa jura quorum unum fundate in contractib; priuatis alterum in dignitate et meritis, nam virtutes morales jario et essentialiter, disgunte per distincta objecta formalia jaria; atqui diuersa illa jura sunt objecta formalia jaria justitiae commutatiuae et distributiuae; jus quidem fundatum in contractib; priuatis justitiae commutatiuae, jus autem fundatum in dignitate et meritis, justitiae distributiuae: ergo justitia contatiua et distributiua essentialiter ac primario disgunte per diuersa illa jura.

Objicies: plus disgunit justitiam contatiuam et distributiuam per proportionem aritmeticam et geometricam quia scilicet contatiua

Pernat arithmeticam, et distributiva geometricam pportionem.

Disguo: tanquam per pprietatem cum accidens necessarium et reciprocum, c: tanquam per essentialem differam et jariam, n: quamobrem contractiva essentialiter ac jario respicit jus fundatum in privatis contractibus, 2dario tamen et consequenter proportionem arithmeticam perfectam et exquisitam, distributiva vero jario et essentialiter respicit jus fundatum in dignitate et meritis, 2dario et consequenter geometricam pportionem premisse ad premium et personae ad personam.

hic forte quaeri posset an talio sit poena justa.

Talio est passio seu poena aequalis actioni seu malo int cum dens pro dente oculus dr pro oculo.

Pitagoreis ut testis est plus talio simpliciter justa est, seu est justum ut tantum aliquis patiatur quantum egit, juxta illud radamanti si quae qui faciant badem patiantur et ipsi, judicium rectum fuerit, vindictaq; recta.

Aliis talio simpliciter justa non est, neq; enim justum est ut si bajulus alapa percusserit magistratum, ipse alapa solum

repercutiatur.

Verum distinguenda est duplex talio, scilicet moralis et physica.

Talio moralis est tanta passio moraliter et secundum judicium viri prudentis, quanta fuit actio, nempe habita ratione dignitatis personarum.

Talio physica est tanta passio precise et physice quanta fuit actio nulla habita ratione dignitatis personarum.

Talio moralis ut nobis videtur justa est, nam illud simpliciter justum est quod tale videtur viro justo et prudenti: sed talio moralis justa videtur viro justo et prudenti alias non esset talio moralis. Ergo talio moralis simpliciter justa est. quamobrem justum est ut si bajulus alapam magistratum percusserit ipse virgis caedatur aut etiam graviori afficiatur supplicio, gravitas enim offensae respondet dignitati personae laesae seu offensae et vilitati personae offendentis; talio autem physica

Talio autem physica non est simpliciter justa; nam illa talio non est justa in qua non habetur ratio dignitatis personarum cujus habere rationem aequum est: atqui in talione physica non habetur ratio dignitatis personarum, alias non

ō esset talio physica sed moralis; ergo talio physica ō ē simpliciter justa.

Quaeri iterum posset an volenti fiat injuria.

Iniuria ē id quod contrarium ē juri et justitiae. Injuria duplex, scilicet formalis hoc ē injuria actualis; et materialis quae quidem ē iniuria materia actu tamen de facto ō ē iniuria, si quis volens damnum patiatur ab alio patitur iniuriam formalem, si autem volens damnum patiatur, patitur injuriam materialem tantum.

Volenti ut videtur ō fit injuria formalis; nam iniuria formalis ē ea quae infertur actu contra jus, sed volenti nunquam infertur iniuria contra jus, jus enim ē legitima voluntas, legitima potestas disponendi de re aliqua; sed volenti ō infertur injuria contra ejus voluntatem, alias volenti, ō inferretur quod ē contra hypothesim. Ergo volenti ō fit iniuria formalis quamobrem sicut violentia formalis ē contra inclinationem rei, sic et injuria formalis ē contra voluntatem.

Potest tamen volenti fieri injuria materialis; nam ei fit injuria materialis cui damnum aliquod et detrimentum

infertur: sed volenti damnum aliquod et detrimentum inferri potest, ut si volenti mors imperatur. Ergo fit injuria materialis volenti.

Objicies: Ubi fit injuria formalis, cui facienda est restitutio: atqui facienda est restitutio ei qui volens damnum passus est; v.g. pupillo aut filio familias ordinem emancipato facienda est restitutio etiam si consenserit et voluerit. Ergo volenti fit injuria formalis.

Disquo maj: si voluerit seu consenserit illum physice, c: si voluerit moraliter civiliter ut pupillus aut filius familias velle non potest, n. quamobrem injuria formalis fit quidem volenti si velit physice illum, quemadmodum volunt pupillus et filius familias mundum emancipatus; non autem si velit moraliter, civiliter, et legitime, id est si habeat legitimam suae voluntatis dispositionem quam non habet pupillus lege positiva voluntatem ejus ligante.

Ex quo illigitur neminem sibi facere ~~injuriam~~ injuriam formalem, quia nemo agit contra suum jus, contra suam voluntatem alias non ageret volens quod est contra

hypotesim. 2.83.

De Fortitudine

Fortitudo est virtus ponens modum timori et audaciae in periculis mortis, praesertim vero bellicis; de in periculis mortis; nam fortitudo versatur circa res maxime terribiles: sed mortis pericula maxime terribilia sunt: mors est terribilium terribilissima, inquit Aristoteles; ergo fortitudo versatur circa mortis pericula.

Additur: praesertim bellicis, quia fortitudo praesertim versatur circa pericula omnium terribilissima. Jam vero pericula mortis bellica omnium terribilissima sunt eorum qui mortem in bello appetunt; alii membratim concidunt, ac miserae discerpuntur, alii equorum ungulis calcantur, omnes sine ullo suorum auxilio, vel solatio expirant; quobrem fortitudo praesertim versatur circa pericula mortis bellica.

Verum tamen belli nomen est illigitur modo publicum certamen sed etiam quaelibet pugna dolorem excruciatum forti affinem aut mortem ipsam afferens; in

martiribus enim fuit heroica fortitudo, neq; tamen fuit bellum publicum sed pugna cum tyrannis.

Secundum quid autem fortis dicendus est qui intrepide se gerit circa res alias terribiles, v.g. circa ~~bonum~~ morbum, infamiam, &c; simpliciter vero fortis est qui se gerit intrepide circa mortis pericula praesertim bellica.

Duo sunt actus ~~cum~~ officia fortitudinis, nimirum sustinere et aggredi;

Sustinere est spectare mortis pericula et ferre quando decet et oportet, aggredi vero est adire pericula mortis quando decet et oportet, qui obliditur sustinet, qui obliditur, aggreditur.

Quaeritur an sustinere nobilius sit quam aggredi.

Conclusio.

Sustinere nobilius est quam aggredi.

Probatur: illa actus perse et caeteris paribus nobilior est qui est difficilior; atqui sustinere nobilius est quam aggredi: nam sustinere est pugnare cum superiori;

Aggrediens autem pugnat cum inferiori et imbecilliori; alias autem prudenter ō aggrederetur quod ē contra hypothesim, supponimus enim eum qui aggreditur prudenter aggredi: atqui difficilius ē pugnare cum superiori quam cum inferiori et imbecilliori: ergo sustinere difficilius ē quam aggredi; proindeq; simpliciter nobilius: quamobrem martyrium quod ē sustinentia praestantissimus ē fortitudinis actus.

Obiicies jo: nobilius ē agere quam pati; sed aggrediens agit, sustinens autem quatenus sustinens patitur ut constat de martyribus. ergo &c.

Disgno mi: sustinens patitur solum ratione corporis, c: ratione animi ac voluntatis in qua patitur, n: sustinens enim invicto animo, invictâ voluntate adhaeret bono fortitudinis, quamobrem ē quidem nobilius aggredi quam sustinere habitâ ratione corporis, ō autem habitâ ratione animi.

Obiies 2do: difficilius ō ē prohibere timorem quam excitare audaciam: utrumq; enim paris ē difficultatis, timor nempe ō cohibetur nisi excitetur audacia: atqui sustinenti

cohibendus est timor ne succumbat aut fugiat: aggredienti vero excitanda est audacia ut hostem provocet. ergo &c.

Disquo mai: o est difficilius cohibere timorem quam audaciam si idem sit utrobiq; periculum si periculum gravius sit quando cohibendus est timor, et Laevius quando excitanda est audacia, n. jam vero gravius est periculum quando sustinenti cohibendus est timor, Laevius autem quando aggredienti excitanda est ~~grav~~ audacia; nam ubi gravius est, periculum, ibi pugnandum est, cum superiori et fortiori, laevius autem quando pugnandum est cum inferiori et imbecilliori; atqui sustinenti pugnandum est cum superiori et fortiori, aggredienti vero certandum est cum inferiori et debiliori, alias prudenter o aggrederetur. ergo difficilius est sustinenti cohibere timorem, quam aggredienti excitare audaciam, quamobrem qui sustinet solâ honestate movetur ad sustinendum, qui autem aggreditur et honestate et spe vincendi movetur ad aggrediendum, alias prudenter ille aggrediens o aggrederetur, quod est contra hypotesim.

Instabis: facilius est sustinere quam aggredi; si facilius sit resistere quam obsessos cogere ad deditionem: atqui facilius est resistere hostibus iis qui alios obsident, quam obsessos hostes ad suam deditionem turpem et inhonestam cogere, qui enim hostibus obsidentibus resistunt et oppugnantibus, illi validissimis plerumque, moenibus tegunt et immuneris undequaque adjuvante propugnaculis: ergo longe facilius est sustinere quam aggredi.

Disgno mi: facilius est resistere obsidentibus si caetera sint paria, hoc est si pares aliunde sint vires sustinentis et obsidentis, ci si caetera sint imparia n. quamobrem facilius est sustinere quam aggredi, obsideri quam obsidere, si caetera aliunde paria essent, o autem caeteris imparibus licet enim qui obsidetur moenibus et propugnaculis tegatur, attamen qui obsident debent habere vires his omnibus superiores, scilicet numerosissimum et bellicosissimum exercitum, ex hypotesi enim prudenter obsideret.

Fonitudinis partes subjectivae sunt sustinentia

et aggressio.

Sustinentia ponit modum timori in subeundis periculis mortis praesertim bellicis; aggressio ponit modum audaciae in adeundis periculis mortis praesertim bellicis.

Fortitudo vera sustinet et aggreditur ex motivo honestatis, fucata autem fortitudo ex alio motivo.

Quintuplex est fucata fortitudo, inquit Aristoteles, 1a quae sustinet atque aggreditur propter honores legibus constitutos, 2da quae sustinet et aggreditur propter solam experientiam periculorum, 3a quae sustinet et aggreditur propter iram, 4a quae sustinet et aggreditur propter dexteritatis fiduciam, 5a denique quae sustinet et aggreditur propter ignorantiam periculorum.

Fortitudini per excessum opponitur temeritas seu audacia; per defectum vero ignavia.

Temeritati valde affinis est timoris vacuitas, quae vel oritur ex vitae contemptu, vel ex animi blandi vel ex contemptu aliorum, vel ex stoliditate et insania,

qui enim ō metuit terræ motus, fulmina et naufragia stolidus ē, inquit arles,

Dubium fortis hic oriri posset an sui occisio sit actus fortitudinis.

Potest quis seipsum occidere duobus modis, vel ad ad obsequendum deo imperanti, inspiranti; vel ad vitandam ignominiam, paupertatem, et &c.

Dico jo: seipsum occidere ad vitandam ignominiam et alia vitæ incommoda ōē actum fortitudinis; nam illud ōē actus fortitudinis quod ē injuriosum deo, patriæ et parentibus; atqui seipsum occidere ad vitandam ignominiam et alia vitæ incommoda, ē injuriosum deo, cui servum, patriæ, cui civem, et parentibus quibus filium adimit. Ergo &c. quamobrem nec ipse Cato vere fortis dicendus ē qui seipsum peremit, nec multum Cæsaris victoris aspiceret; neq; lucretia vere fortis dicenda ē quæ ad vitandam infamiam violatæ a tarquinio pudicitiæ, seipsam confodit; hæc enim alienæ impudicitiæ ppriam scelus adjunxit.

Et vero ut raciocinatē plus mollis ē et ignavi fugere

laboriosa quae aequo animo ferre decorum est: quamobrem Laudanda sunt earum Civitatum instituta quae hij interfectores puniunt privatione sepulturae, inquit arles.

Objices plures virgines tanquam heroicae et fortes Laudantur a sanctis patribus quod seipsas peremerint nullum integritatis detrimentum aut violatae pudicitiae ignominiam patiendo, Laudantur Sanson et Eleazarus etiam ab ipsa scriptura quod seipsos simul, et hostes confoderent atq; eadem ruina oppresserint: ergo se ipsum occidere est actus verae fortitudinis.

Disquo antec: quod seipsas peremerint ad obsequendum deo specialiter imperanti, C: ad vitandam ignominiam et alia vitae incommoda, N: quamobrem seipsum occidere ad obsequendum deo specialiter imperanti, est quidem actus verae fortitudinis, deus enim est vitae et necis summus arbiter: at vero seipsum occidere ad vitandam ignominiam et alia vitae incommoda praecise non est actus verae fortitudinis sed fucatae duntaxat; hos autem omnes sibi violentas manus attulisse ad obsequendum deo specialiter

imperanti colligitur ex iisdem patrum et scripturae locis quibus celebrantur et laudantur.

Secunda Conclusio.

Dico 2do: seipsum occidere ad obsequendum deo specialiter imperanti, est actum veræ fortitudinis; nam sustinere et aggredi pericula mortis quando decet et oportet est actus veræ fortitudinis, sed qui seipsum ipse occidit ad obsequendum deo specialiter imperanti sustinet et aggreditur pericula mortis quando decet et oportet; decet enim et oportet obsequi deo ut summo necis et vitæ arbitro ac domino absoluto: ergo seipsum occidere ad obsequendum deo specialiter imperanti est actus veræ fortitudinis; quamobrem sanctæ virgines merito laudantur quod seipsas peremerint ad obsequendum deo specialiter imperanti; merito Sanson et Eleazarus laudantur quod seipsos et patriæ hostes vadem ruinâ oppresserint.

Et vero se habet hoc seipsum occidens ad obsequendum deo specialiter imperanti ut miles stationem mutans ad obsequendum exercitûs præfecto imperanti, anima enim

posita est in corpore adeo sicut miles in statione ab exercitus praefecto, inquit Socrates; atqui honestum est militi stationem mutare ad obsequendum exercitus praefecto: ergo seipsum occidere honestum est ad obsequendum deo specialiter imperanti.

Ex quo illigite, directam sui ipsius occisionem per se et secundum se non est illicitam sed tum per aliud et ratione adjunctarum circumstantiarum, si non perficiatur absq; legitimâ authoritate; at vero licita sit ad obsequendum alteri quam deo, puta judici, aut principi imperanti definire nolim; certe non est licita si propriâ et privatâ authoritate perficiatur.

Difficultas etiam est posset mortem eligere pro religione, justitiâ, pudicitiâ, patriâ, parentibus et amicis, sit ne actus nerae fortitudinis.

Duplici sensu vel potius in duplici hypotesi quaestio proponi potest. prior est an positâ spe alterius vitae sit actus nerae fortitudinis; hoc est sublatâ spe cujuslibet rei non tamen immortalitatis; posterior est an sublatâ spe alterius vitae hoc est cujuslibet praemii in alterâ vitâ

obtinendi esset actus veræ fortitudinis, si autem constet, de posteriori hypothesi, constabit etiam de priori; —

Sic statuimus: mortem eligere pro relligione, justitiâ, pudicitiâ, parentibus, et amicis atq; patriâ, etiam sublatâ spe alterius vitæ ē actus veræ fortitudinis; nam mortem gloriosam oppetere ē actus veræ fortitudinis; sed mortem eligere pro relligione &c. ē gloriosam et honestam mortem oppetere; nam propter bonum publicum mortem oppetere gloriosum et honestum ē: atqui mortem oppetere his de causis ē mortem oppetere propter bonum publicum; relligio enim, justitia, &c. sunt bonum publicum et comm: ergo &c. quamobrem nemo majorem habet charitatem quam ut animam suam ponat pro amicis suis, multo magis pro relligione et cæteris.

Objices; qui eligit mortem pro patria, ~~de~~ plus diligit patriam quam seipsum: atqui hoc debet seipsum magis quam alium diligere; amor erga seipsum ē mensura amoris erga alios, juxta illud

phi, amabilia ad alterum mensurante ex amabilibus ad se. Ergo &c.

Disquo maj: plus diligit patriam quam seipsum plus diligit secundum partem inferiorem, corpoream et sensitivam, C: secundum partem superiorem, spiritalem et rationalem, N: sibi enim procurat majus bonum rationale, scilicet honestatis, virtutis, et fortitudinis, patriae autem bonum temporale duntaxat, Ergo &c.

Ultimo quaeri potest an duello confligere sit actus fortitudinis.

Duellum est multorum certamen ex condicto, quamobrem si quis alium ex improviso aggrediatur, eorum pugna non erit duellum quia non erit ex condicto

Duellum porro duplex scilicet, publicum et privatum ceu vulgare.

Publicum de quod publicâ authoritate et publicâ de causâ suscipimus, ut duellum davidis cum gaudiat, horatiorum cum curiatiis, scilicet ut parcatur sanguinis multitudini et bello finis imponatur

Privatum est vulgare quod privatâ authoritate et privatâ de causâ suscipitur, v. g. ad ulciscendam injuriam privatam, ad eliciendam veritatem in re dubiâ ut olim fieri solebat, vel denique ad artis gladiatoriæ ostentationem.

Certum est duellum publicum esse actum fortitudinis. nam se habet duellum publicum, ut publicum bellum; atqui bellum publicum est actus veræ fortitudinis. Ergo pariter duellum publicum: quamobrem licet quidem resistere licet se defendat quia hoc præsertim christianus debet in ea animi sui preparatione.

Est difficultas an duellum privatum sit actus veræ fortitudinis sive ad ulciscendam injuriam suscipiatur in propriâ vel amicorum causâ, sive ad eliciendam veritatem in re dubiâ, ut fiebat olim probationis defectu, sive denique ad artis gladiatoriæ ostentationem.

Duellum autem tale privatum non est actus veræ fortitudinis; nam quod est iniquum temerarium aut arrogans non est actus veræ fortitudinis; atqui

duellum privatum est iniustum temerarium aut arrogans, tribus enim de causis suscipitur jo ad ulciscendam iniuriam in propria vel amicorum causa. secundo ad veritatem eliciendam in re dubia, et 3o ad artis gladiatoriae ostentationem; atqui in jo casu est iniquum, in 2do temerarium et in 3o arrogans, in jo quidem casu iniquum est; nam illud est iniquum quod iniuriosum est principibus et magistratibus: atqui duellum in jo casu iniuriosum est principibus, et magistratibus, nam duellum in illa hypotesi iniuriosum est iis qui soli habent jus ultionis et gladij; ~~injur~~ atqui principes et magistratus habent jus ultionis et hoc privati, princeps enim et sine causa gladium gestat. ergo in jo casu duellum iniquum est, quamobrem principes christiani omni modo adverterunt in hos qui probari possint fuisse duelli privati actores adjutores et fautores. deinde in 2do casu duellum privatum temerarium est; nam quod nulla ratione nulla certitudine innititur, illud temerarium est; sed duellum

nulla ratione innitē nulla certitudine; nullibi enim
deus promisit se talis pugnae arbitrum fore, atq;
in eo certamine innocens ~~atq;~~ perinde ac nocens
cadit. Ergo duellum privatum in 2do casu
temerarium est. deniq; in 3o casu est arrogans, nam
quod fit ex motivo inanis gloriae seu ostentationis
illud est arrogans: atqui duellum privatum in 3o casu
fit ex motivo inanis gloriae seu ostentationis ut supponimus
Ergo est arrogans.

Objices jo licitum est injuriam ulcisci in propria vel
~~aliquorum~~ amicorum causa, sed duellum privatum est modus
ulciscendae injuriae: Ergo licitum est duellum privatum.

Disgno licet ulcisci injuriam autoritate principis
et magistratuum ad quos pertinet jus ultionis et
gladij C: authoritate propria et privata n. Jam vero
duellum privatum est modus ulciscendae injuriae per
seipsum et propria authoritate.

Instabis qui ē pt ulcisci injuriam authoritate
principis et magistratus ~~fit~~ hic per seipsum ulcisci pt:

atqui fieri pt ut hoo injuriam sibi vel amicis illatam ulcisci o possit authoritate principis aut magistratus, fieri siquidem pt ut nullus sit princeps vel magistratus; ergo &c.

Disgno maj: qui o pt authoritate principis et magistratuum ulcisci injuriam pt per seipsum et ppria authoritate si sit summus in rep. princeps C: si sit hoo privatus, N: tunc enim si o possit injuriam ulcisci authoritate principis seu magistratuum tenetur illam condonare exemplo Christi domini, qui cum maledicere etc, o maledicebat sed pro suis suis persecutoribus boardentius rogabat, quo abiis crudelius vexabatur: porro qui duello vulgari confligit o persona privata qtenus privata, o princeps ut supponimus: ergo &c.

Objice 2do: o minus licet honoris et famae quam vitae raptorem interficere, honor enim et fama potiores sunt ipsa vita, atqui licet vitae raptorem interficere per se atq; propria authoritate, licet vim vi repellere

Ergo licet per se et propria authoritate ejusdem ~~[illegible]~~ honoris et famae raptorem; proindeque ipsum duello privato aggredi.

Concedo totum, sed dico nullum esse posse solidi honoris ac verae famae raptorem sicut esse potest et esse quidem saepissimae vitae raptor. nam solidus honor ac vera fama omnino magis ab homine invito rapi possunt, quam solida ac vera virtus; honor enim sequitur virtutem ut umbra corpus, sed virtus ab homine invito rapi non potest; quod enim positum est in voluntate illud ab homine invito rapi non potest; sed virtus posita est in sola voluntate. Ergo solidus honor et vera fama non possunt rapi, proindeque proposita objectio supponit falsum nimirum esse posse aliquem solidi honoris solidae famae raptorem; quamobrem non solidus honor quem imperita multitudo exhibet alicui esse opinione virtutis, sic enim communis est probis et improbis; imo neque solidus honor est quem unus homo alteri exhibet homini: sed ille solus verus et solidus nuncupandus est, quem deus solus impendit. nam ille est solidus honor quem impendit, quem tribuit sapiens, et nostrae virtutis perfectae conscius: atqui solus

Deus perfecte sapiens est, et nostrae virtutis omnino conscius, solus enim deus scrutatur corda et renes: ergo solidus est honor ob quem homo hoc, sed quem solus deus impendit, unde apud ignorantem et imperitam multitudinem, comparatur et acquiritur honoris larva, apud viros eruditos et doctissimos honoris umbra apud solum deum optim. et max. immensum, aeternum, justum, immutabilem, perfectum, et omnipotentem, honoris veritas.

Deinde etiam si quis posset esse veri honoris solidae famae raptor, tamen privatum duellum non esset medium idoneum reparando honori et ejus raptores puniendo; nam illud non est medium idoneum, puniendo alicui quo innocens perinde ac nocens; atqui duello isto privato, innocens perinde ac nocens cadit. ergo duellum privatum non esset medium idoneum reparando honori et ejus raptori, si quis esse posset puniendo.

De Temperantia

Temperantia est virtus quae ponit modum voluptatibus gustûs et tactus.

Dr: ponens modum voluptatibus gustûs et tactûs, et visûs aut auditûs vel odoratûs, quia temperantia simpliciter dicta ponit modum voluptatibus vehementioribus, sed voluptates gustus et tactus vehementiores sunt quam voluptates aliorum sensuum, oriuntur enim ex operationibus magis naturalibus et magis necessariis, scilicet individui et speciei conservationem: ergo temperantia simpliciter dicta, modum ponit voluptatibus gustus et tactus, et aliorum sensuum, quanquam temperantia secundum quid modum ponit, voluptatibus visûs auditûs et odoratûs; quemadmodum enim qui plus aequo delectatur voluptatibus visûs et odoratûs, intemperans est secundum quid, ita qui modum ponit voluptatibus visûs et odoratus dr temperans secundum quid.

Additur: praesertim vero tactus, humanae enim voluptates

Sensuum omnium sunt vehementissimae. voluptates gustus et tactus percipiuntur ex esculentis et poculentis hoc est ex cibo ad famem et potu ad sitim sedandam; ex cibo et potu duplex voluptas percipitur; altera ex ciborum grato sapore, et altera ex flando in stomacum descensu, prior ad gustum pertinet et posterior ad tactum; posterior vehementissima et naturalissima est, nam comprimit famem et sitim, et autem prior, unde polixenus omnium intemperantissimus gruis collum exoptabat, ut nimirum hac posteriori voluptate diutius frueretur.

Temperantiae partes subjectivae quatuor sunt scilicet abstinentia, qua cibo, sobrietas qua potu, castitas qua rejuvenere, et pudicitia qua signis venereis modus ponitur.

Chastitas 3plex, virginalis quae virginibus, conjugalis quae conjugibus, et vidualis, quae viduis convenit.

Partes integrantes duae sunt, scilicet verecundia quae turpitudinem temperantiae contrariam signis externis se refugere demonstrat, et honestas quae

decorum praesertim in gestibus sequitur.

Partes potentiales sunt septem, scilicet continentia quae est incoata temperantia, et quae motum voluntatis ex passionis impetu commotae reprimit; humilitas quae praestat ne homo propriis bonis efferatur; mansuetudo, quae modum ponit irae; clementia quae ponit modum punitioni, modestia quae ponit modum gestibus, et simplicitas quae modum ponit vestibus.

Temperantiae per excessum opponitur intemperantia quae excedit in voluptatibus gustus et tactus, et per defectum insensibilitas seu stupiditas quae quidem stupiditas illa ipsa est quae deficit in voluptatibus licitis et in ipsis voluptatibus quae necessariae sunt; quamobrem etiam si moraliter loquendo seu ut plurimum operetur defectu contra temperantiam, absolute tamen peccari potest, v.g. si quis voluptates etiam tuendae vitae necessariae refugeret.

Plerumque, tamen laudabiliter est a voluptatibus etiam etiam licitis abstinere, sic athletae certaturi laudabiliter abstinebant a cibo ut essent ad pugnam alacriores;

~~[illegible]~~ quanto magis Christi domini athletae laudabiliter abstinebunt à voluptatibus etiam licis, quo sint ad certandum cum demone, mundo, et concupiscentiâ, alacriores.

Appendix De ordine Virtutum moralium.

Quaeritur hic quis sit ordo dignitatis inter virtutes morales seu quaenam sit alia dignior.

Primo ergo quaeritur utrum justitia sit nobilior fortitudine utrum charitas erga deum sit omnium virtutum nobilissima, utrum denique virtutes civiles sint nobiliores bellicis v.g. an justitia et amicitia nobiliores sint aggressione et sustinentia: quae tria totidem clusionibus sunt explicanda.

Prima Clus.

Charitas erga deum caeteris omnibus nobilior est nam illa virtus nobilior est singulis omnibus quae habet objectum formale nobilius caeteris virtutibus:

atqui charitas erga deum habet objectum formale nobilius caeteris virtutibus omnibus; habet enim pro objecto formali bonitatem divinam, quae simpliciter est infinita: ergo charitas erga deum nobilior est caeteris omnibus; quam obrem praeceptum charitatis erga deum jure dicitur primum mandatum, quia ex eo pendent leges prophetae, ut loquitur scriptura;

Quo autem tempore obligat praeceptum charitatis non consentiunt theologi; certum tamen videtur illud saepius obligare, praesertim vero in rationis usu, et in mortis periculo evidenti.

Caeterum praeceptum istud charitatis diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. illigendum est non de amore qui sit summus ratione gradus et intentionis, quia gradus et intentio non cadit sub praeceptum, sed de eo amore qui sit summus appretiative, aestimative, hoc est de amore qui pluris deum aestimat quam caetera omnia; qui deo adhaeret ut fini ultimo relictis caeteris omnibus.

30.6

Secunda Clus.

Justitia nobilior est fortitudine.

Probatur: illa virtus nobilior est quae quae magis expetitur propter se, quae magis perficit hominem: atqui justitia magis expetitur propter se, quam fortitudo, justitia magis perficit hominem, justitia quidem magis expetitur propter se quam fortitudo, quia magis sufficiens est tuendae societati; si justitia vigeret inter homines inutilis esset bellica fortitudo; justitia quoque magis perficit hominem, quia perficit in ordine ad alios, fortitudo tantum in ordine ad se. Ergo justitia nobilior est fortitudine.

Fortitudo nobilior est temperantia; nam illa virtus est nobilior caeteris paribus quae est difficilior: atqui fortitudo difficilior est temperantia; fortitudo enim enim versatur circa bonum et malum, quatenus arduum, difficile; temperantia vero circa bonum et malum quatenus praecisum a difficultate, ab arduitate;

Ergo fortitudo nobilior ē temperantiâ. 30.7.

Ultima Clus

Virtutes Civiles et togatæ nobiliores sunt bellicis et armatis.

Probatur: illæ virtutes nobiliores sunt quæ magis expetuntur ptr se: atqui virtutes Civiles et togatæ magis expetuntur pptr se quam virtutes bellicæ et armatæ; bellicæ enim et armatæ pptr civiles et togatas expetuntur, bellica fortitudo pptr civilem justitiam; bellum exptitur propter pacem, bellicæ virtutes sunt tt̄um subsidiariæ virtutum civilium; ergo civiles et togatæ nobiliores sunt bellicis et armatis; quamobrem Solonis justitia constituens Areopagitas longe magis profuit, quam temistoclis fortitudo triumphans in pugnâ salamis; fortitudo enim temistoclis profuit semel duntaxat, Solonis vero justitia semper. Licurgus magis profuit lacedemonis per leges justæ latas, quam Lisander per res fortiter gestas, inquit tullius: scient parvas sunt foris arma per virtutes bellicas nisi sit consilium domi per virtutes civiles et politicas ergo &c.

Quaestio Septima
De
Legibus an sint et quid sint Artus jus

Lex definitur ab artis sermo a potentia profectus vim habens agendi.

Lex definitur a Sto thoma ordinatio rationis ad bonum comune Lata ab eo qui curam habet Comunitatis et publica authoritate promulgata.

Lex definitur a Sancto thoma ordinatio rationis ad bonum Comune Lata ab eo qui curam habet Comunitatis, et publica authoritate promulgata.

Sed utrum haec definitio sit essentialis quoad omnes partes, jam videndum est, an sit accidentalis tantum.

Primo quaeritur utrum lex sit actus voluntatis vel illectus vel utriusque simul.

Certum est Legem quatenus est in inferiori esse actum illectus, et voluntatis, quia lex in inferiori nihil aliud

quam notitia legis latae a superiori; Cognitio autem 30.9.
legis latae est actus intellectus et voluntatis.

Sed difficultas est de lege quatenus est in superiori et
quidem de lege positiva; dicetur enim infra legem
naturalem esse actum solius intellectus quia est judicium
practicum, de agendis et fugiendis secundum naturam.

Prima Clus.

Lex positiva quatenus est in superiori essentialiter
importat actum voluntatis et intellectus;

Probatur: quod importat judicium practicum et
voluntatem obligandi, importat actum intellectus et voluntatis;
atqui lex positiva quatenus est in superiori importat judicium
practicum de iis quae sunt agenda vel fugienda ab
inferioribus; importat quoque voluntatem obligandi
inferiores ad aliquid agendum aut fugiendum, neque
solum judicium practicum sufficit absque voluntate
obligandi, quia sine illa voluntate non obligat ad
agendum aut fugiendum. neque etiam voluntas obligandi
sufficit absque judicio practico, quia voluntas obligandi

Primo intimationem, denunciationem, quae fit per judicium practicum, ō obligat, ō dirigit ad agendum aut fugiendum: Ergo &c.

Alio tamen modo importat actum illectus et alio modo actum voluntatis; importat enim actum illectus intrinsece et in recto quia lex positiva intrinsece et in recto, ē intimatio, denunciatio voluntatis, ut aliquid fiat ab inferiori quae quidem intimatio ē actus illectus expressus his particulis, fac hoc. importat vero actum voluntatis extrinsece et in obliquo quia ē intimatio voluntatis, sed ō ē ipsa voluntas obligandi.

Solius ē principis legem condere, legem abrogare et in lege dispensare, quia solius ē principis per se primo intendere bonum publicum, cogere subditos ad publici boni procurationem.

Licet autem princeps legem sine rationabili causa abroget vel in ea dispenset, proindeque forsan abrogando peccet et dispensando, qui tamen sine fraude abrogationem aut dispensationem obtinuit, ō modo valide sed etiam licite uti potest, concessa sibi abrogatione et dispensatione, quia se

habet post obtentam sine fraude abrogationem et dispensationem quemadmodum se habebat ante Legem Latam: porro ante Legem Latam non modo valide sed etiam licite agere poterat ut per se liquet: ergo post Legem Latam et valide et licite agere potest; quamobrem fieri potest ut superior abrogando vel dispensando peccet, neque tamen inferior utendo abrogatione vel dispensatione delinquat.

Secundo quaeritur utrum acceptatio subditorum sit de Essentia Legis.

Acceptatio subditorum non est de Essentia Legis divinae, quia Lex divina habet vim obligandi absolutam et independentem ab omni acceptatione angelorum et hominum; deus absolutum habet in Creaturas omnes imperium ac dominium.

Difficultas est an acceptatio subditorum sit de Essentia Legis humanae, seu quod idem est, an lex humana ante acceptationem subditorum habeat vim obligandi completam et perfectam; plures enim negant caeteris affirmantibus.

Conciliari tamen possunt dicendo acceptationem subditorum quae saltem fiat per obtimates, senatores

~~est~~ de essentiâ Legis humanæ, in monarchiâ per aristocratiam temperatâ, ~~est~~ vero de essentiâ legis humanæ in monarchiâ purâ, quam obrem sit.

Secunda Clus.

Acceptatio subditorum ~~est~~ de essentiâ legis humanæ in monarchiâ purâ.

Probatur: illud ~~est~~ de essentiâ Legis sine quo habet vim obligandi completam et absolutam: atqui lex in monarchiâ purâ sine acceptatione subditorum vim habet obligandi completam et perfectam; in monarchiâ enim purâ princeps imperat absolute et independenter ab omnibus subditis; ergo acceptatio subditorum ~~est~~ de essentiâ Legis humanæ in monarchiâ purâ.

Acceptatio tamen subditorum ~~est~~ de essentiâ legis humanæ in monarchiâ per aristocratiam temperatâ; nam illud ~~est~~ de essentiâ Legis sine quo ~~est~~ habet vim obligandi completam et perfectam: atqui sine acceptatione subditorum lex ~~est~~ habet vim obligandi completam et perfectam in monarchiâ per aristocratiam temperatâ; in monarchiâ

Enim temperata, princeps ō jusserat absolute et 3.13. ~~259~~
independenter ab optimatibus, senatoribus; sed tunc
conditionate et dependenter ab optimatibus, senatoribus;
a quorum proinde acceptatione pendet vis obligandi completa
et perfecta in lege: ergo in monarchia per aristocratiam
temperata, acceptatio subditorum est de essentia legis
humanae.

Porro monarchia ecclesiastica per aristocratiam
temperata est, proindeque acceptatio subditorum, per optimates
ecclesiae praesertim autem per episcopos est de essentia
legis latae a summis pontificibus.

Tertio quaeritur an promulgatio sit de essentia legis
humanae.

Promulgatio 2plex est; alia enim se tenet ex parte
principis quae dicitur activa. alia autem quae passiva
appellatur, se tenet ex parte subditorum.

Promulgatio activa se tenens ex parte principis
est intimatio, denunciatio facta nomine principis.

Promulgatio passiva se tenens ex parte subditorum,
est agnitio legis promulgatae. his positis quaeritur an

3.14.

Promulgaõ sive activa sive passiva sit de essentiâ Legis humanæ.

Tertia Cluõ

Promulgaõ activa se tenens ex parte principis est de essentiâ legis humanæ.

Probatur: illud est de essentiâ legis humanæ sine quo ō habet vim obligandi completam et perfectam; atqui sine promulgaõe activâ, sive intimaõe, denunciaõe factâ principis nomine, lex ō habet vim obligandi completam et perfectam, nullum obligat sine promulgaõe et quidem solemni, consueta, ordinaria: ergo promulgaõ activa se tenens ex parte principis est essentialis legi humanæ.

Quarta Cluo

Promulgaõ passiva se tenens ex parte subtorum, agnitio Legis promulgatæ, se habet ad Legem sicut applicaõ ad regulam: ergo ō est essentialis Legi, ut summum est conditio requisita, et quidem ex parte inferioris ut lex humana applicetur.

Quarto quæritur an quis suis legibus teneatur.

Aliquis tenetur Legi, et nobis modis scire quoad vim directivam et quoad vim coactivam.

Ille tenetur Lege quoad vim directivam qui obnoxius est culpâ quando Legem ō servat, sed immunis est à poenâ.

Ille tenetur Lege quoad vim coactivam qui ō modo culpâ sed etiam poenâ obnoxius est quando ō servat legem.

Leges autem principis sunt adhuc duplicis generis; aliae enim sunt quae referuntur in materiam conj, tum principi tum subdito, v. g. lex prohibens frumenti exportationem in publicâ egestate hoc enim prohibitum conc. est principis subditis; alia autem feruntur in materiam propria subditorum v. g. lex prohibens venationem aut armorum gestationem quia licet ista prohibita sint subditis ō sunt tamen prohibita principi; nec enim princeps sine causa gladium gestat ut habet scriptura sacra.

Quinta Clus.

Princeps nunquam tenetur suis legibus quoad vim coactivam.

Probatur: ille ō tenetur suis legibus, quoad vim coactivam, qui à nullo cogi potest ad subeundam poenam ~~sub~~ Legibus suis definitam, sed princeps à nullo cogi

pt ad subeundam pœnam ppriis legibus definitam nullum enim habet superiorem, sic autem coactio infertur a superiori: ergo nunquam tenetur suis legibus quoad vim coactivam.

Sexta Clus.

Princeps nunquam tenetur suis legibus directe et immediate etiam quoad vim directivam.

Probatur: ille o tenetur suis legibus directe et immediate qui sublata qualibet alia lege naali et divina nullo modo suis legibus teneretur; atqui princeps sublata qualibet alia lege, tum naali tum divina, nullomodo teneretur suis ppriis legibus; nam eodem modo se haberet princeps ad ppriam legem, sicut ille qui per dispensationem exemptus est a legibus, princeps enim o observans leges suas cum seipso dispensare sensendus est; atqui nullomodo legibus tenetur qui per dispensationem ab illis exemptus est; ergo princeps sublata qualibet alia lege tum naali tum divina, nullomodo ppriis legibus teneretur; proindeque suis legibus nunquam tenetur directe et immediate.

Septima Cluo.

Princeps nunquam tenetur suis legibus quoad nim directivam, etiam indirecte et mediate quando leges feruntur in materia propria subditorum.

Probatur: princeps nullatenus neque etiam indirecte et mediate tenetur iis legibus quae nullatenus ad principem spectant sed ad solos subditos: atqui leges latae in materia propria subditorum solos subditos spectant nullatenus principes; nam eos spectant leges ad quos pertinet materia in qua feruntur, sed materia illa pertinet ad solos subditos; ex hypothesi enim est propria subditorum: ergo princeps non tenetur suis legibus, quoad nim directivam etiam indirecte et mediate quando leges illae feruntur in materia propria subditorum.

Articulus Secundus

Cur Qualis et Quotuplex sit Lex.

Legis caa efficiens est legislator; finalis bonum ~~publicae~~ reipublicae; maalis facultas in qua recipitur: foalis nulla.

Legis pprietas est quod necessaa sit gubernanti reip.

Attamen satius est remp. gubernari ab optimo principe quam ab optimis legibus; nam illud melius est quod nunquam deficit neq; in casibus ordinariis, neq; in extraordinariis; atqui optimus princeps neq; in casibus ordinariis, neq; in extraordinariis; leges autem etiam optimae deficiunt in casibus extraordinariis ac per aequitatem corrigendae sunt ut docent jurisconsulti; leges etiam optimae o respiciunt casus extraordinaos et singulares sed ordinarios tum et Cones. ergo satius est remp. gubernari ab optimo principe quam ab optimis legibus; quamobrem sicut melius est aegrum gubernari ab optimo medico qui semper praesto

adest, quam ab optimis medicinae praeceptis, quae tunc praesto adsunt, in casibus ordinariis et communibus, ita bonus princeps qui semper praesto adest anteponendus est bonis legibus, quae praesto adsunt in solis casibus ordinariis.

Objices: illud est melius quod minus est onerj reip.: sed optimae leges minus onerj sunt reip. quam optimus princeps: ergo satius est gubernarj remp. ab optimis legibus ~~quam~~.

Disgno maj: caeteris paribus, c: caeteris imparibus, n. porro caetera sunt imparia et paria; nam optimae leges semper praesto adsunt, princeps vero optimus semper praesto adest etiam in casibus extraordinariis;

Instabis: si leges deficerent in casibus extraordinariis jam non essent optimae, quia malum est minimo defectu; atqui leges sunt optimae ergo &c.

Disgno si deficerent defectu privativo qui est carentia perfectionis debitae, c: si deficerent defectu negativo qui est carentia perfectionis indebitae, n: quamobrem leges non deficiunt in casibus extraordinariis et deficiunt

defectu privativo sed negativo tantum; cum prehendere siquidem casus extraordinarios ē ē perfectio debita legibus humanis etiam optimis.

Lex vulgo 4plex, scilicet æterna, naturalis, divina et humana;

Lex æterna ē suprema ratio existens in deo, cui semper obtemperandum

augu. ē, inquit S.tus augustinus; ē ja radix, jumq; fundamentum cuiuslibet legis.

Lex naturalis ē judicium practicum de agendis et fugiendis secundum naturam, de iis quæ bona vel mala sunt per se suamq; naturam.

Lex naturalis ō ē ipsa natura rationalis, neq; habitus intellectus sed ē actus intellectus judicium practicum intellectus, quia lex naturalis ō ē regula mediata et remota sed immediata et proxima humanorum actuum: natura autem rationalis, habitus intellectus ē regula remota ac mediata, judicium autem practicum ē regula proxima et immediata actuum humanorum.

Lex naturalis nullam patitur per se directe mutationem abrogationem, derogationem, correptionem, dispensationem quia per se directe ē immutabilis sicut natura quæ fundamentum ē illius.

Per accidens tamen et indirecte quandoq; patitur mutationem, 3.25
quia quandoq; obligat propter adjunctas circumstantias, quae
possunt mutari, proindeq; et ipsa lex naturalis indirecte mutari
abrogari, corrigi pot.

Lex divina est ea quae libere lata est a deo ut homines dirigat
ad finem supernaturalem.

Lex divina duplex, scilicet vetus ~~quae nova~~ judeis solis a deo
data est, et nova quae a christo data est mundo universo, et ab
ipsis apostolis promulgata.

Utraque bona est quia utraq; sufficienter dirigit ad finem
supernaturalem, vetus tamen erat imperfecta quia per se et
secundum se non dabat gratiam sed quaedam erat umbra et figura
legis novae, unde passim dicitur lex timoris et servitutis, nec
nisi judeis erat imposita et quidem ad tempus duntaxat, nova
autem lex perfecta est quia per se et ratione sui dat gratiam
abundantem, unde passim dicitur lex amoris et filiationis; unde
etiam imposita est universo mundo usq; ad finem seculi duratura.

Lex humana est illa quae libere praefertur ab homine, est q;
duplex, scilicet ecclesiastica quae fertur ab ecclesiae praefectis, sig.

et Consiliis, summis pontificibus &c. et Civilis quae a principibus, laicis, imperatoribus, Regibus, fertur.

Lex naturalis et divina per se et immediate dirigunt actus internos, quia natura et deus judicant de internis; lex autem humana per se et directe respicit actus externos, internos autem non nisi indirecte, et quatenus habent nexus necessarium cum externis, necessarium, inquam necessitate physica vel morali.

Quaeres jo: an aliqui sint a natura servi.

Respondeo quosdam a natura servos ~~vel a natura~~ in actu jo, nam ji sunt a natura servi in actu jo, quia a natura apti sunt ad serviendum aliis; sed quidam a natura apti sunt ad serviendum aliis; qui enim multum corpore, animo autem et ingenio parum valent, a natura apti sunt ut serviant aliis; atqui plurimi a natura corpore multum, animo autem et ingenio parum valent. Ergo quidam a natura sunt servi, alii vero sunt domini in actu jo, nulli tamen sunt a natura domini in actu 2do; quia nullos natura fecit aliorum servos in actu 2do, libera voluntas libera electio hos fecit servos et illos fecit dominos.

Sed cubet multas ejusmodi particulares leges percurrere ex variis conditionibus, quae totidem quaestionibus explicabuntur.

Quaeres 2do: an servitus legalis et quae jure gentium inducta est, justa sit.

Respondeo servitutem legalem et quae jure gentium inducta est, justam esse; nam illa servitus justa est, quae utilis est tum dominis tum servis: atqui servitus legalis et quae jure gentium inducta est, utilis est tum dominis tum servis; utilis est quidem dominis, quia dominis utile est habere servos, est etiam utilis ipsis servis, quia utile est servire potius quam mortem pati, servitus morti praeferenda est. Ergo &c.

Objices: est contra justitiam, sapientiores servire minus sapientibus: atqui in servitute legali ob raro sapientes coguntur servire minus sapientibus: Ergo servitus legalis est contra naturam et proinde injusta.

Disgno maj: est contra naturam secundum se sumptam et seorsim a circumstantiis, C: contra justitiam et naturam in certis quibusdam ~~naturis~~ circumstantiis, N. porro in servitute legali sapientiores coguntur servire in certis tum quibusdam circumstantiis: R.g. ex hypothesi quod sint bello

Capti ō autem extra illas circumstantias proindeq; servitus legalis, iustitiis circumstantiis justa ē ō injusta.

Quaeres 3o: an mulieres debeant esse comes.

Platoni mulieres debent esse in rep. comes et liberi sic sunt educandi ut nec parens prolem nec proles agnoscat parentem; hac enim ratione summa comitas quae maxime obtabilis ē procuratur inter cives.

Arli et caeteris phis praesertim christianis mulieres ō debent esse in rep. comes nec liberi ita sunt educandi ut proles ignoscat parentem, et ipsi parentes ō agnoscant prolem.

Idem constat nobis; nam illud ō debet esse comes in civitate quod destruit rationem civitatis, quod reddit inutilem naturae propensionem, quod deniq; minuit parentum amorem et puram in liberos, sed mulieres in rep. comes ista efficiunt jo quidem destruunt rationem civitatis, nam illud destruit rationem civitatis quod destruit multitudinem hominum, ordine, dignitate, fortuna et vitae instituto discrepantium; sed mulieres in rep. comes, hanc destruunt multitudinem, mulieres enim comes

reddunt liberos ejusdem fortitudinis et dignitatis; ergo destruunt rationem civitatis. deinde vero mulieres in rep. communes reddunt inutilem naturae propensionem; nam parentum in propriam sobolem educandam et instituendam ex quadam naturae propensio. sed mulieres in rep. communes hanc reddunt inutilem; efficiunt enim ut parentes proprios liberos non agnoscant. ergo &c.

Denique mulieres in rep. communes minuunt amorem et curam parentum in liberos, quia illud tollit proprietatem; propria autem magis curantur et amantur quam communia: ergo &c.

Quaeres 4o: an liceat uni viro plures habere simul habere uxores, aut uni uxori uxori plures viros.

Respondeo 1o: in veteri testamento licebat uni viro plures habere uxores, quia leguntur plures viri sancti et pii in veteri testamenti habuisse plures simul uxores, v. g. abraham jacob, & caeteri.

Respondeo 2do: nunquam licitum fuit uni uxori habere plures viros; id enim nunquam legitur factum,

&c

3.30.
a repugnat fini matrimonij ut medici docent, nempe prolis susceptioni.

Respondeo 30: ō licet christianis simul habere plures uxores, quia lege Euangelicâ atq; christianâ prohibetur.

Respondeo 40: ō licet etiam paganis et infidelibus habere simul plures uxores, quia repugnat legi naturae; impedit enim prolis educationem, pacem domesticam vitae solitum, quia impedit perfectam voluntatum consentionem quae ō pt esse sine amore mutuo reciproco et integro ex utraq; parte. in hac autem lege dispensatum est ō cum infidelibus et paganis sed solis haebreis. dispensare autem pt deus in lege naturali mutatis circumstantiis sicut cum abraham dispensavit in lege homicidij. dispensare autem pt quando res ō sunt per se malae; deus enim dispensare ō pt in lege prohibente mendacium aut sui odium, quia ista per se mala sunt, etiam seorsim a circumstantiis; at vero poligamia simultanea ō est mala nisi habitâ ratione

Circumstantiarum ipsi adjunctarum.

Quaeres 4o: an solutio matrimonij sit licita.

Solutio matrimonij duplex est, scilicet quoad torum, et quoad vinculum.

Solutio matrimonij quoad thorum, aliquando licita est ipsis etiam christianis, v.g. in casu fornicationis.

Difficultas est de solutione quoad vinculum.

Respondeo 1o: licita fuit in veteri testamento quia permissa fuit judeis a deo propter duritiem cordis eorum, libello repudij dato, ut constat ex pentateuco et evangelio.

Respondeo 2do: non est licita christianis; si enim inquit christus aliquis dimiserit uxorem et aliam duxerit adulterium committit superbam.

Respondeo 3o: non licita paganis et infidelibus quia repugnat legi naturali, impedit enim liberorum educationem. quamobrem solutio matrimonij quoad vinculum licet mutuo contractum est consensu est pt tamen mutua voluntate fieri, post enim illos mutuos consensus

manet insolubile nempe ex se et ~~ex~~ naa sua.

Dices: si quis dimiserit uxorem, inquit Christus, et aliam duxerit excepta fornicaois caa mœchatur; ergo saltem licitum est dimittere uxorem et aliam ducere propter fornicaoem.

Disguo cons: licitum est, quoad thorum, et habitaoem, C: quoad vinculum, n: quamobrem istæ particulæ excepta fornicaois caa, referuntur ad illas tum si quis dimiserit uxorem o ad illas, et aliam duxerit.

Instavis: atqui o liquite Christus de sola solvo quoad thorum; nam illa solvo, de qua loquitur Christus, fieri o pt nisi in sola fornicaois caa: atqui solvo quoad thorum fit propter alias caas quam fornicaoem v.g. propter sævitiam, furorem, &c. ergo &c.

Disguo maj: illa solvo de qua loquitur Christus fieri o pt nisi in sola fornicaois caa; illa solvo sine spe alicujus regressus, C: illa solvo cum jure cum spe alicujus regressus, n. jam vero solvo quoad thorum fit propter alias caas quam propter fornicaoem, solvo, inquam, cum jure

a licujus regressus, o autem solvo sine jure et spe alicujus regressus, propter solam fornicationem, licet in perpetuum dimittere uxorem ~~coactorum~~ quoad thorum sine ullo jure et spe regressus, ex parte conjugis fornicantis, propter alias causas licet dimittere ad tempus duntaxat, illis enim causis cessantibus qui dimissus est jus habet redeundi, sed qui semel fornicatus est, licet fornicatio cesset, nullum habet jus revertendi quia repugnat repugnat matrimonio quatenus matrimonium est, caeterae causae repugnant matrimonio quatenus est societas domestica.

Quaeres 60: an proles mutila debeat educari:

Parentes prolem mutilam educare debent; si enim omne animal etiam irrationale, instigante ac duce natura, quamlibet prolem studeat educare certe solus homo non debet contra naturam mutilam prolem orbam deserere, sed omne animal instigante ac duce natura studet quamlibet prolem educare ut constat de belluis omnibus: Ergo &c.

Quæres 70 an facultates debeant esse comes aut saltem equales.

Platoni, facultates seu possessiones debent esse in rep. comes; hac enim ratione tollitur meum et tuum seu proprietas bonorum quæ est fons et origo omnium dissensionum et fortissimarum controversiarum.

Phaleo Calcedonico possessiones debent quidem esse propriæ sed omnino æquales;

Omnes cives cum proprietate bonorum debent esse æqualiter divites aut æqualiter pauperes, quod quidem fit facillime in civitatibus quæ jo constituuntur; difficilius vero in iis quæ jam conditæ sunt, absolute tamen procurari potest si parentes divites suas filias dent in matrimonium pauperibus cum amplissima dote, viri autem divites in conjugem assumant filias pauperes.

Arli neq; comitas possessionum placet neq; ipsarum æqualitas sed proprietas et inæqualitas, cujus sententiæ subscrimus; nam illud omnino admittendum quod

parit animorum dissentiones; fovet socordiam, tollit liberalitatem, hospitalitatem, ac magnificentiam, sed conitas possessionum, sed conitas possessionum parit animorum dissentiones, fovet socordiam, tollit liberalitatem, hospitalitatem, et magnificentiam.

Primo quidem conitas possessionum parit animorum dissentiones et quidem graviores omnibus controversiis forensibus; nam illud parit ejusmodi dissentiones quod inequaliter laborantibus eadem tribuit praemia, easdem videlicet possessiones, sed conitas ~~dissen~~ possessionum inqualiter laborantibus eadem tribuit praemia easdem possessiones; plus o possidet qui plus laborat posita possessionum conitate. Ergo &c.

Deinde vero conitas possessionum socordiam fovet; nam illud socordiam fovet, quod otiosis et diligentibus idem tribuit; sed conitas possessionum otiosis et diligentibus idem tribuit easdem faciet possessiones; Ergo &c.

Denique Comitas possessionum tollit liberalitatem hospitalitatem, et magnificentiam; nam illud tollit has virtutes quod tollit bonorum proprietatem, liberalitas enim, hospitalitas et magnificentia sunt de propriis bonis. Sed Comitas possessionum tollit bonorum proprietatem ut per se constat. Ergo &c.

Quaeres Dico: quae nam sit optima gubernandi rationum.

Omnium reip. formarum optima est monarchia; nam illa reip. forma est optima quae maxime naturalis est, quae maxime idonea est arcanorum observationi; nam enim tendit ad optimum et arcanorum observatio maximum momentum habet in rep. sed monarchia est ejusmodi:

Primo quidem maxime naturalis est, nam illa regiminis forma maxime naturalis est quae dedit initium omnibus societatibus: sed monarchia dedit initium omnibus societatibus; omnes societates initium ducunt a monarchia; societas enim oeconomica, postulat patrem familias qui instar monarchae

Alicujus Cæteris imperet, Societas civilis postulat aliquem præfectum Civitati, v.g. sapientiorem et ætate provectiorem, qui instar monarchæ cæteros regat omnes. Ergo &c. ~~dei~~

Deinde vero monarchia maxima est arcanorum observatio; nam illa reip. forma maxime idonea est arcanorum observatio; juxta res gravioris momenti sciuntur á paucioribus; sed in monarchia res graviores momenti á paucioribus cognuntur. Ergo &c.

Quæres 9o: an princeps hæreditarius præstet Electo.

Rondeo 1o: princeps hæreditarius præstat Electo, nam ille magis præstat, qui magis tollit bellorum civilium occasionem qui libentius suscipit magnimomenti consilia: sed princeps hæreditarius est ejusmodi.

Primo quidem magis tollit civilium bellorum occasionem; nam ille magis tollit bellorum civilium occasionem, qui spem omnem regnandi adimit ambitiosis et seditiosis: atqui princeps hæreditarius spem omnem regnandi adimit ambitiosis et seditiosis; regnum enim jure successionis ad posteros certissime transmittit. Ergo &c.

Deinde vero, ~~magis~~ libentius suscipit magni momenti consilia, quam ille libentius suscipit gravioris momenti consilia; etiam illa quorum fructus non nisi post longum tempus sperat, qui certus est de regno ad posteros transmittendo: sed princeps hæreditarius certus est de regno ad posteros transmittendo: ergo &c.

Quæres decimo, an judex debeat judicare secundum allegata et probata etiam contra propriam sciam.

Ut quæstio proposita dilucide exponatur, casus sic proponendus est

Titius homicidij accusatur simpronio; secundum allegata et probata facti convincitur; talis est probatio ut nulla evidentior secundum leges desiderari possit.

Judex tamen versatus est cum titio tota die qua crimen à titio admissum supponitur ab accusatoribus. Cum ergo cognoscat judex titium ab imposito scelere immunem &c, cum tamen aliunde juxta leges omnes facti illius convincatur reus titius.

Quæritur an judex ille judicare debeat secundum allegata et probata, an potius abstinere ab omni juridica

Sancto thomae, judex in proposito casu judicare debet secundum allegata et probata contra propriam sciam, quia judex est persona publica, proindeque sequi debet publicam sciam, vel potius publicum verorem, et vero propriam cognitionem, proindeque debet unum qui homicidij accusatur, et convincitur condemnare et absolvere.

Caeteris nunquam judex judicare debet secundum allegata et probata contra propriam sciam praesertim in causa capitali quia nunquam debet hominem innocentem sibi cognitum capite damnare.

Verum quaestionem solvimus dicendo judicem debere judicare secundum allegata et probata contra propriam sciam ex hypothesi quod sententiam juridicam ferre teneatur quia et potest juridice absolvere unum qui juridice convictus est reus, et debere tamen absolute et seorsim ab hypothesi ceu a necessitate ferendi judicij.

Utrum autem occurrere possit necessitas ferendi judicij alia quaestio est; an vero debeat ac teneatur judex magistratum deponere potiusquam innocentem sibi cognitum morte damnare, nihil dicis aperte definitum reperio in authoribus.

3.40.

Rondeo jo: judex secundum allegata et probata contra
ppriam sciam judicare debet ex hypothesi quod sententiam
S. thom. juridicam ferre teneatur; nam ut ratur S.tus thomas persona
publica fungens officio personae publicae uti debet publicis
instrumentis ō ppriis; publicâ ō ppriâ cognitione; atqui
judex in illa hypothesi ē persona publica fungens
officio personae publicae, ex hypothesi enim sententiam
juridicam ferre tenetur, aliunde vero allegata et probata sunt
instrumenta pblica, pblica sciâ, ppria autem cognitio talis ō ē
S. augu. ut pars constat. ergo &c. quamobrem ut habet S.tus August.
bonus judex nihil ex ppprio arbitrio facit sed juxta leges
et jura pronunciat.

Et certe qui tenetur juridicam sententiam ferre, et pt juridice
absolvere, ille certe debet ex allegatis et probatis juridice
condemnare: atqui judex in allatâ hypothesi tenetur juridicam
sententiam ferre, et aliunde ō pt juridice absolvere,
quia secundum allegata et probata quibus nititur juridica
sententia ō ē innocens ergo et secundum allegata et
probata condemnare.

Respondeo 2do: judex secundum allegata et probata contra propriam sciam judicare non debet absolute, ceu ante factam hypothesim necessitatis ferendi judicij; nam ille secundum allegata et probata contra propriam sciam judicare non debet absolute quia ab omni sententia juridica debet abstinere: atqui judex ante factam hypothesim allatam debet ab omni sententia juridica abstinere, vel etiam si necesse sit de magistratum deponere debet judicium permittere principi et de accusati innocentia testimonium perhibere ut fatentur omnes ~~et~~ ergo &c.

Objices: judex non tenetur illatum alteri damnum suo gravi damno avertere ut fatentur omnes: atqui deponere magistratum, dignitatem, grave damnum est judici, aliunde vero malum inferre proximo ab ipsis falsis testibus: ergo &c.

Disquo maj: illatum alteri damnum non tenetur suo gravi damno avertere, malum alteri illatum ab alio tum, c: a seipso illatum nec inferendum, n; tenetur enim homo grave damnum pati potius quam inferre gravissimam injuriam

proxo, in vitâ honore et famâ, ut oes agnoscunt. porro malum quidem infertur innocenti a falsis testibus, praeterea infertur ab ipso judice contra ppriam sciam judicante, proindeq; judex tenetur potius magistratum deponere quam judicare contra ppriam sciam.

Instabis jo: judex potius debet judicare contra ppriam sciam quam magistratum deponere, si judex possit innocentem sibi cognitum morti tradere: atqui judex pt innocentem sibi cognitum morti tradere quemadmodum deus innocentem filium suum morti tradidit: ergo &c.

Disgno maj: si judex possit innocentem sibi cognitum morti tradere si possit ppria boni caa, v.g. retinendi magistratus caa, C: si possit publici boni publicae tranquillitatis caa, N. porro judex pt quidem innocentem sibi cognitum morti tradere, pt publici boni publicae tranquillitatis caa, o autem pprij ac privati boni ut oibus notum est, proindeq; o debet ppriam contra sciam judicare potius quam magistratum deponere.

Instabis 2do: minister sacramentorum debet ministrare publicae petentibus, etiam si certo sciat, quosdam esse indignos, exemplo sciet christi domini qui sacramentum corporis sui o negavit traditori judae: ergo pariter &c.

Nego Cons. et parit. rao disparitatis est, quia minister sacramentorum conferens indignis sacramentum, neq; injuriam facit accipientibus ex hypothesi enim accipere petunt ac volunt, volenti autem o fit injuria; neq; etiam injuriam facit sacramentorum christo domino authori quia chr. do. voluit ac praecepit conferri sacramenta oibus publice petentibus, imo et ipse contulit proditori judae quem certo sciebat indignissimum, judex autem judicans contra ppriam sciam gravissimam facit injuriam innocenti, quia nolenti famam vitamq; adimit; gravem injuriam facit resp. quia nolenti illi adimit bonum civem; deniq; gravem injuriam facit deo, quia illi adimit servum fidelem.

Instabis 3o: eodem modo debet judicare judex quo resp. ~~[illegible]~~ judicaret si adesset, quo princeps judicaret, judex enim resp. principis personam gerit: atqui resp. princeps judicaret

3.44

Secundum allegata et probata contra ppriam sciam ergo &c.

Nego mi: Et dico remp. et principem debere crimen impositum à falsis testibus ex clementiâ condonare, nam gnatim loquendo qui summam habet authoritatem debet impositum crimen remittere, quando vindicare ō pt sine gravissimâ injuriâ: judex autem impositum crimen remittere ō pt quia supremam ō habet authoritatem.

Quod si crimen ~~est~~ denumero irremissibilium princeps suspensum perpetuo tenere deberet judicium.

Rondeo 3o: nulla ē hypothesis moralis et ordinaria in qua judex teneatur judicare contra ppriam sciam, nam tenetur potius magistratum deponere quam innocentem sibi cognitum condemnare; tenetur enim pprium ac privatum damnum pati potius quam gravem injuriam inferre innocenti qui ō meruit mori, reip. cuius interest salvari innocentes, deo qui vetat occidere innocentem in bonitate judex pt sequi privatam suam sciam licet in alio casu in judicando sciet debeat sequi publicam.

Rondeo deniq; ex pt hypothesis methaphisica et extraordinaria in qua teneatur judex secundum allegata et probata contra propriam sciam judicare; nam ad hoc satis est quod methaphisice et extraordinarie loquendo publica utilitas exigat innocentem morte condemnari et tanquam victimam pro publica tranquillitate immolatam offerri; quod fieri pt v.g. ad seditionem avertendam: ergo &c.

Objices: si ad seditionem comprimendam posset judex morti tradere innocentem, potuisset pilatus Chris. dom. innocentem condemnare.

Nego antec: et dico multiplicem esse disparitatem inter Chris. et purum hoem, jo quia purus hoo quem supponit esse innocentem, secundum sciam publicam reus est mortis, at vero Christus secundum sciam et publicam et privatam erat innocens, 2do, quia purus hoo judicis et principis authoritati obnoxius est ex necessitate propria; Christus autem dominus nulli principi ex necessitate subjectus est; 3o deniq; hoo qui supponitur esse innocens morti traditur a judice ex motivo tranquillitatis publicae; Chris. dom. traditus est morti a pilato ex motivo pt blanditiae, ut nimirum pilatus caesari

346 Placeret, ut Constat ex Euangelistis.

Finis Totius

æthicæ Datus 12° Die

Junij A. d. 1687.



Platon fut vn tres grand philosophe et fut appellé Platon, acause quil auoit les espaules larges. Prince de lacademie, il fut disciple de Socrate. Il fut en Italie pour entendre les Pitagoriens dela il fut en Ægypte ou il leut les liures de Mouyse, et fut le premier autheur du Dialogue, et mourut aagé de quatre vingt huict Ans mangé de poux.

B. M. auec p

Commentarius In Quatuordecim Metaphysicorum Libros Aristotelis.



Methaphisicam phisicæ præmittimus cæteris oibus phiæ partibus præmissurj; nisi vetaret consuetudo, quia oibus aliis phiæ partibus vrsalior est, proindeq; o tum dignitate sed etiam doctrinâ prior est, quamobrem o dr metaphisica quasi post phisicam docenda et discenda sit, sed quia post phisicam inventa est et supra illam posita est particula etiam μετα significat post et supra, ut autem rebus metaphisicis præludamus statuendum est breve proemium de ipsâ metaphisicâ secundum se, quamobrem sit.

Quæstio Proemialis De Metaphisicâ.

Artus Primus An Et Quid sit.

Metaphisica per antonomasiam dr phia specialiter, quia omnium phiæ partium nobilissima est, certissima, evidentissima. Vocatur ja phia quia cognoscit jas et vrsalissias

caas, de etiam theologia naalis, quia deus et res divinas qtenus lumine naali gnoscibiles sunt, contemplatur.

Quanquam noe theologiae naalis illigunt nonnulli solam methaphisicam specialem quae agit de rebus per naam abstractis ab oi maa, qles sunt deus, angelus, aa raalis separata, sed loquendum ut multi, neq; de voce magnifica aut humili disputandum.

Prima Conclusio

Existit metaphisica, nam ejus noe illigitur scia cognoscitiva entis ab oi maa abstracti, sed existit talis scia, multa etiam de ente gnatim, substantia, et accidente, de deo et angelis cognoscuntur per naale lumen ergo existit methaphisica.

Secunda Clusio.

Metaphisica est sapientia et scia speculativa entis ab oi maa separati.

Probatur 1a pars: nam illa disciplina est sapientia
propria, quae est cognoscitiva rerum altissimarum per altissima
principia, altissimas causas: atqui metaphisica est ejusmodi;
cognoscit enim ens generatim, substantiam, et accidens, quae
sunt altissima ratione universalitatis et abstractionis a materia, cognoscit
deum et angelum qui sunt altissimi ratione dignitatis et
abstractionis a materia. Ergo est sapientia propria.

Secunda pars probatur: est scientia stricte seu scientia
absoluta, qua parte deum contemplatur, quia habet obiectum
necessarium necessitate absoluta, et quoad existentiam; est vero
scientia propria quoad caeteras sui partes, quia habet obiectum
necessarium necessitate hypothetica et quoad essentiam.

Probatur 3a pars: est scientia speculativa quia cognoscit
suum objectum ut cognoscat et ut faciat, cognoscit deum
et angelum ut cognoscat et ut faciat.

Probatur 4a pars: est speculativa entis ab omni materia separati,
nam metaphisica est speculativa sui proprii et adequati objecti:
atqui ens abstractum ab omni materia est proprium et adequatum
metaphisicae objectum, de rebus enim methaphisicis praedicatur
in recto vel in obliquo, ipsi metaphisicae commensuratur, adequatur,

6 denique methaphisicam distinguit ab omni alia; a sacra theologia, v.e. quae cognoscit quidem ens abstractum ab omni materia sed per fidei non naturae lumen.

Objectum methaphisicae est ens praecisum ab omni materia, nempe singulari, sensibili, et illigibili. Ens separatum a materia est objectum materiale metaphisicae quia capax est recipiendi objecti formalis, quia est id quod consideratur a metaphisica; abstractio autem ab omni materia est objectum formale, quia non solum est id quod consideratur sed etiam quatenus consideratur a metaphisica. et utrumque simul sumptum est objectum totale et adequatum ipsius quia continet objectum materiale et formale.

Articulus Secundus

Cur Qualis et quotuplex sit metaphisica.

Finis proximus metaphisicae habitualis, est contemplatio entis ab omni materia separati: mediatus caeterae sunt scientiae quibus acquirendis inservit metaphisica per expositionem terminorum usualissimorum et eorum principiorum: remotissimus est deus optimus

maxime.

Causa efficiens ja et 2da, materia et forma eadem est ac phisice generatim sumptae.

Proprietates sunt, quod sit necessaria ad alias scientias capescendas quia explicat naturalissimos terminos ja principia, 2do, quod sit utilis ad tuendam religionem, quia metaphisica demum novit, possibilitatem fidei explicat, fidem ipsam ab apparenti contradictione vindicat, deniq; quod sit nobilior aliis omnibus phisice partibus, quia certissima et evidentissima est omnium propter objecti necessitatem et evidentiam principiorum.

Metaphisica duplex est: generalis scilicet et specialis, generalis quae agit de gradibus substantiae et accidentibus communibus, de gradibus corpori et spiritui communibus, quae per solam cogitationem abstrahit a materia et per naturam quaelibet est ea quae agit de ente, substantia, et accidente generatim sumptis, specialis quae agit de gradibus perfectionibus spiritui propriis quae per naturam abstrahit a materia, quaelibet est ea quae agit de deo, angelo, et anima separata, et a quibusdam magnifica appellatione vocata est theologia naturalis.

Metaphisicam in duplicem partem dividemus ja voit de ente, ejusq; pprietatibus; secunda de entis principiis et speciebus. ——

Pars Prima Metaphisicæ De Ente Ejusq; pprietatibus

Quæstio Prima De Ente. ——

Artus Primus

An Et Quid sit Ens.

Ens gnatim sumitur duobus modis. scilicet nominaliter cum gtenus est nomen tertiae declinationis vel participialiter gtenus est participium verbi, sum, es, est,.

Ens nominaliter sumptum illud est quod est aptum ad existendum, quod non habet repugnantiam ut existat; unde participialiter est id quod existens est quod actu positum est extra nihil. quamobrem unde nominaliter jo ac per se significat potiam ad existendum, unde vero participialiter jario significat existentiam.

Datur aliquod unde quia datur substantia actualiter cogitans, proindeq; existens.

Ens gnatim describitur, definiri unius ppriae non pt id quod est extra mœrum nihil actu vel potentia.

Articulus 2dus Cur Quale Et Quoruplex sit Ens.

Principium, causa, et Elementum se habent ut genus et species, nam omne Elementum est causa, et omnis causa est ~~Elementum~~ principium et tamen vicissim omne principium est causa neque omnis causa Elementum, pater enim in divinis est principium et causa filij, finis est causa et Elementum sui Effectus.

Tractatus de Elementis pertinet ad phisicam quia Elementum est corpus naturale. tractatus autem de principiis et causis generatim pertinet ad metaphisicam quia principium et causa generatim abstrahunt ab omni materia, locum enim habent in rebus immaterialibus, deus enim est principium et causa, finalis, efficiens, et exemplaris caeterorum omnium.

Causas entis postea explicabimus.

Quale sit ens ex proprietatibus quas exponemus

alibi patebit.

Quotuplex vero admittendum sit de quaestione de speciebus Entis declarabitur.

Quaestio Secunda De Proprietatibus Entis

Articulus Primus De jis gnatim

Proprietas gnatim est attributum peculiare, pprie tamen est attributum necessarium et reciprocum, et ab Essentia fluens.

Proprietas multiplex est, iaria et secundaria, simplex et complexa de quibus in Compendiis.

Quaedam sunt pprietates Entis, nam gnatim loquendo quaelibet res aliqua habet pprietates, proindeq; bus habet suas pprietates.

